

C. e. 153

00

~~Me~~ f

~~2 N. 21.~~

204

EPISTOLO-
GRAPHIAE
METRICAE

exempla CLXVIII.

amicorum suasu
iunctim edita

a

CHRISTIANO COLHARDO;

Pastore & Inspectore Münchbergensi.

De

contemptu artis poëticae
commentatiunculam

præmisit

GEORGIUS GOTHOFREDVS
KVSTERVS.

Editio secunda auctior & correctior.

BEROLINI, typis Christiani Alberti Gæberdt.

EPISTOLO
GRATIAE
METHICAE
EXORDIUM CXXXVII
ANNICORUM IUSTI
IUSTITIAE

CHRISTIANO COLHARDO
PREFATIO



DE
CONCORDIA
SICUTI
SICUTI
SICUTI
SICUTI
SICUTI

L 57





COMMENTATIVNCVLA
DE CONTEMPTV
ARTIS POETICAE,
EIVSQUE CAVSSIS ET
MEDELA.

I.

Quod plurimis rebus, ipsisque
nobilissimis scientiis accide-
re solet, vt multos subinde
osores habeant, id præstan-
tissimæ arti poëticæ, & nostris qui-
dem maxime temporibus accidisse vi-
detur. Quum enim sæculo superiori
tanta fuerit illorum copia, qui poëta-
rum nomen aucupabantur, vt non
possis non identidem mirari largum
illorum hominum prouentum, qui
vnam eandemque artem vnice colen-
dam sibi sumfere, illique totos se con-

X 2

fecra-

fecrauerē, nunc profecto longe alia est rerum facies, & nostro quidem maxime æuo, vbi nobilissimæ arti tantum pretium non statuitur, quantum poterat, immo debebat. Tantum igitur abest, vt auream illam, quam vocant, mediocritatem obseruari videas, vt, sicut pristinis temporibus nimio cultu peccatum fuit, quibus neminem doctum habebant, nisi qui magnum græcorum latinorumque versuum numerum fundere poterat, ita nunc in eo peccent, quod poëticen nullius pretii artem arbitrentur. Inuestigabimus huius contemptus causas, quantum per angustos præfationis limites licebit, licebit autem lineas tantum quasdam ducere, visuri, num quid opis & medelæ morbo huic adferri possit.

II. Primam poëticæ artis a multis spretæ causam hanc dixeris, quod plurimi, qui vitium nimii vitare volunt, currant in contrarium. Dolendum sane, euenire hoc scientiis vtilissimis, quæ si quodam tempore complures habuerunt cultores, alio haut paucos ofores nanciscuntur. Linguarum studium, quod profecto satis com-
mendari

mendari nequit, documento esse potest. Mox enim accidit, ut nonnulli, qui bene norant, quantum profit linguis operam dedisse, quantumque obfit illas vel plane non, vel leuiter tantum degustasse, totos se linguis excolendis dederint, & vix apicem quemdam prætermittendum duxerint, mox autem videris, qui metuentes, ne cortici plus quam nucleo inhæreant, non adeo multi sunt in tractandis linguis, & vix primis, quod aiunt, labris eas degustare cupiunt. Quid de historia, quam litterariam vocant, dicendum? Olim perpaucos elegantissimæ huic eruditionis parti studium suum consecrasse nemo nescit, contra ea recentiori æuo multi, quanti quanti sunt, historiæ litterariæ cultores & æstimatores videri volunt. Quid quæso hoc aliud est, quam vitare velle vitia, & currere in contrarium? Idem vero illud arti poëticæ accidisse nemo negabit, qui sæcula superiora cum his nostris contulerit, & quam multi nunc a carmine, latino inprimis, plane abhorreant, secum reputauerit.

III. Secundo loco ponenda est illo-

rum sententia, qui, cur artem poëti-
cam plane intractam relinquunt, rogati
causam interferere solent, non esse
hodie tanto in pretio artem illam,
quanto olim, adeoque Marones iure
quodam suo deesse, quum Mæcenates
sint rarissimi. Verum enimvero bo-
ni hi viri secus iudicant, quam iudica-
re fas erat. Scientiam enim & artem
per se expeti debere rectius censerent,
hoc ipso fatis indicantes, quo animo
artibus excolendis infudent, eo nimi-
rum, ut opes luerentur, non vero ut
aliis profint, poëtæ autem & volunt
prodesse, & delectare.

IV. Succedit alia causa, quam, qui
arti poëticæ, versibusque imprimis la-
tinis nullum plane tempus concedunt,
sufficere posse existimant, linguam ni-
mirum veritaculam maiori contentio-
ne atque olim excoli, eandemque,
siue ligatam, siue solutam orationem
spectes, iure quodam suo anteferri.
Hi quidem vel ideo, aliqua saltim ex
parte audiendi mihi videntur, quod
artem poëticam non plane negligunt,
neque tamen fatis sententiam suam
probant, quandoquidem vnius linguæ
cultura

cultura non statim impedit, quo minus alias quoque linguas excolamus.

V. Nouam contentus causam illi præbent, qui, dum ipsi artem optimam non callent, exemplum suum aliis sectandum ita proponunt, vt alios idem sentire idemque statuere velint immo præcipiant, quod iure quodam suo postulare sibi videntur, quandoquidem alios habent dignitate inferiores, quibus illud *αὐτοῖς ἕφα* sufficere putant. Hi vero æque iniuste agunt atque illi, qui, quod ipsi cœcutiunt, alios videre non patiuntur, rectius acturi si quam ipsi artem vel temporum iniuria, vel rei familiaris angustia impediti non tractarunt, aliis discendam commendarent, hac enim ratione saltim ab imperitis si non gnari, certe non ignari & plane rudes existimarentur.

VI. Quid de illis dicam, qui iusto quodam, vt sibi persuadent, odio poëtas ipsamque artem poëticam prosequuntur, quum poëtam non fieri, sed nasci dicant, se vero inuita Minerua carmina pangere suspicentur. Hi ipsi quidem sibi nimis diffidere videntur, quippe periculum illis prius faciendum erat, quam desperarent, animumque de feliciter pangendis carminibus desponderent. Quod enim alias, hic quoque valet: *exercitatio facit magistrum, solusque, artifices qui facit, usus est.* Nisi igitur quis virium suarum fecerit periculum, certus profecto esse non potest, natusne poëta sit, an minus, & sic nondum argumenti satis attulerunt, quo nobilissimæ

firmæ artis neglectum stabilire videantur, immo
videri saltim queant.

VII. Nonnullos ab existimatione egregiæ
artis auocant veterum poetarum formulæ, Deo-
rumque crebræ inuocationes, quas illis, qui
Christo nomen dederunt, plane indignas pro-
nunciant. Licet vero non negem, bene agere,
qui hunc stili ethnicismum ex scholis christia-
nis proscribunt, nondum tamen cum illis facere,
ipsorumque sententiæ subscribere possum, quum
nemo non intelligat, non arti adscribendum es-
se, quicquid abusus nomine venit, qui sane usum
tollere non potest, nec statim sequatur, ut is,
qui carminibus fundendis delectatur, loquendi
formulas paganis solemnes adhibeat, appro-
betque.

VIII Illos vero artis poetiæ ocores esse,
qui omnem litterarum, quæ ad humanitatem
pertinent, cultum susque deque habent, plane
non miror. Quomodo enim, quæso Te, qui
totum elegantiorum litterarum ambitum nullo
habent in pretio, singulas, quæ huc pertinent
disciplinas fouere possunt? Hi si didicerint,
quantus ex elegantiorum litterarum cultu ad
studia, quæ seueriora vocant, fructus redun-
det, dubium non est, quin longe aliter apud
animum suum sint statuturi, illosque inprimis
admiraturi, quibus contigit, quod Archiæ, qui
magnum optimorum versuum numerum de his
ipsis rebus, quæ tum agebantur, dicere ex tem-
pore poterat, id quod CICERO (at quantus
vir!) merito in pretio habet. IX.

IX. Qui rei scholasticæ curam gerunt, & docendo aliis præeunt, poëseos vero nullam habent rationem, eo magis culpandi sunt, quo minus eos decet artem negligere, quam tractasse e re iuuentutis studiosæ omnino est, nisi fortasse perinde ipsis fit quantitatem syllabarum curare vel negligere. Neque vero ea mente sum, ad vnum omnes poëtas esse debere. Quid enim reipublicæ prodesset, si nonnisi poëtas ciues haberet? Id vero firmiter crediderim, nefas esse, vt vllus, qui inter litteratos nomen professus est, plane expers sit fundamentorum poëticorum.

X. Plura de hoc argumento adferrem, campus quippe patet latissimus, nisi intra cancellos me continere deberem. Libello enim præfaminis loco quædam præmitto, absonum autem foret librum libello præmittere. Lineas igitur modo duxi, & quid de argumento amplo dici possit, tamquam in tabula delineavi, dataque hac peropportuna occasione significavi. Quam enim vir plurimum Reuerendus, atque Doctissimus Dn. CHRISTIANVS COLHARDVS Sacrorum apud Münchbergenses antistes meritisissimus exemplo suo comprobauerit, quod non inelegans sit viri theologi ornamentum cum diuinarum litterarum tractatione artium quoque, quæ ad humanitatem pertinent, cultum artemque inprimis poëticam horis subcesiuus iungere, &, quæ alii stilo vernaculo, nec eo quidem interdum satis comto proponunt, carmine indi-

)(

care,

care, quid quæso magis nunc quadraret quam
de contemptu artis poëticæ nonnulla præfari?
Tantum enim abest a contemptu artis poëticæ
Vir Pl. Reuerendus, vt ab eo artem nobilissimam
vindicare studeat, suoque experimento
declaret quam pulcrum sit de varii generis re-
bus, quocunque se modo in vita, & sacro mu-
nere obtulerint, versu scribere. Recte igitur
fecit auctor doctissimus, multisque multorum
votis tandem aliquando satisfecit, quod metri-
cas has epistolas (ita enim inscriptæ erant eti-
am priores editiones, quarum exempla omnia
dudum sunt diuendita) denuo prælo subiici vo-
luit, easque auctiores longe & emendatiores
emisit, quas eo tutius commendo, quo minus
commendatione mea indigent, quum vino vendi-
bili suspensa hedera opus non sit, & nunc quidem
feri non possit, iuncta vt displiceant, quæ iam a
longo tempore peritis harum rerum æstimatoribz
singula placuerunt. Lectoribus igitur, qui bonæ
mentis, elegantiorumque litterarum & artis ma-
xime poëticæ amatores sunt, libellum hunc ele-
gantissimum studiosæque inprimis iuuentuti car-
mina hæc doctissimi COLHARDI lectu dignis-
sima de optima, quod aiunt, notâ commendo.
Quod superest Deum precor, vt hunc quoque la-
borem fortunet, omnesque conatus nostros ita di-
rigat, quo sanctissimi nominis diuini gloria, eccle-
siæ, & iuuentutis comòdum amplificetur. Dabam
e Museo Berolini ipfis cal. Iuniis c19 10 CC XXVIII.

Georgius Gothofredus Küsterus,
Gymn. Fridriciani Con- Rector.

Dum divinarum rerum non ultima fama;
Arcis Sionæ murus & arma Colhard
Dum seræ sua misera studet dare posteritati
Tempora, quæ jam sunt, quæque fuere prius:
Nomina dum morti rapis inclyta, vivere longum
Illis conciliâs, conciliâsque decus,
Quod decus imber edax, quod nec funesta vetustas
Diruet, intactum tempus in omne manens;
Dumque sepulchrorum luges prædamque, legemque;
Dumque recens natos voce pia sequeris;
Ipse Tibi nomen parisi immortale; nepotes
Nam te laudabunt, cum tua scripta legent,
Scripta quibus Patrum, quibus & narrantur avorum
A te virtutes carmine dulcisono.
Nil mage namque juvat, quam noicere facta pa-
rentum,

Quin etiam natos hæc stimulare solent.
Gratuler ergo; tui, sint doctæ Colhardæ, labores
Fructiferi, atque Tibi præmia mille ferant!
Vos, qui non humili gestitis ludere versu,
Phœbæi juvenes, hos legitote pedes;
Nec legitote modo, similes quoque scribere velle
Sit vestrum, patrii spesque decusque soli.
Hoc fiet, digito nostri si voluerit crebro
Non pigeat vatis, quæ peperere manus.
Suavius his nihil est, nihil his est dulcius, aut quo
Lætari potius mensas generosa queat.

Hæc Viro pl. Reverendo atque Doctissimo Domino
Christ. Colhardo, Pastori Münchebergensis Eccle-
siæ nec non vicinarum Inspectori vigilantissimo
novarum suarum Epistolarum editori gra-
talabundus scribere voluit

M. Michael Christ, Scholæ Francof. Senat. Rector;



Ad Lectorem.

Tempore quæ fuerant diverso Metra se-
orsim
Edita, conjunctim hæc exhibet Editio
Et limata quidem, quoniam Delicta prioris
His Oculis vidi mox potiora Libri,
Perlege, si lubitum est, & sic eris Arbitræ æquus,
Qui de non lectis iudicat, exsit iners.
Displicuere quidem dudum mea Carmina *Momo*,
Dente *Theon* pariter rosit & illa procax:
Displiceant! *Momo* rumpantur & *Ilia*! Quid tum?
Rideo! Nam Laus est displicuisse Malis.
Arbitrii nostri non est, quid quisque loquatur,
Sæpe Virum fatuum prodere Lingua solet.
Sufficit, ingenuis hæc arridère Patronis
Carmina, quæ *Clio* nostra subinde canit,
Quorum & sæpe fuit mea Munere Vena resecta,
Quod gratus memini, quod memoroque palam,
Utère, qui bonus es, quem *Chartæ* mando, Labore,
Autorique fave & prospera quæque vove.
Desine, qui malus es, vel tandem Carmina nostra,
Qualiacunque sient, rodere Dente *Theon*,
Spes te nulla manet *Lucri*, sed *Dedecus* ingens,
Ut videare *Bonis* helleborosus Homo.

I. Cbri.



I.

Christiano Schulzio , Condiscipulo Familiari , Cüstrinum.

GRata prior nobis dixisti Carmina *Schulzi*,
Grata Tibi rursus Carmina dico *Colbard*,
Promtior id facerem, si Mens non leua fuisset,
Ante-nec-hac spreti Naso Maroque forent.
Attamen audebo, forsan Fortuna iuvabit,
Ut mox experiar, quid mea Musa queat.
Principio scribis: Vivo, Vigeo, Valeoque!
Gratulor, & seruet Te DEus usque! precor.
Sed Tibi quod Mens est Ludo vale dicere vestro
Aonioque Gregi Te sociare cupis,
Gratulor hautquaquam, quoniam mihi constat abunde
Deque Ætate tua, de Studiisque tuis.
Huc satis instructus doctusque accedat oportet,
In Patriam quisquis Doctior ire cupit.
Non tua Te faciet Studiofum Corporis ingens
Moles, nec Gladius, Dextra nec Ære gravis;
Sed Dotes Animi, Linguarum *ῥῆσις*, Acumen
Ingenii, Virtus, & Pietatis Amor.
Festina lente! Nequaquam Jupiter Annos
Præteritos referet, Frater amande Tibi.
Ergo (a) *Zückeri* porro pendebis ab Ore,
Nam Te, quæ nescis, ille docere potest.
Uror Amore boni *Zückeri*, & dicere possuna
Quare? Nam solers atque fidelis erat.

A

Hinc

(a) Martinus Zücker, Rector Scholæ Cüstrinensis,
Vir ad Scholam natus.

Hinc Fuga Montis Aper, Fluvios dum Piscis amabit,
 Et dum pascetur Rore Cicada loquax,
 Semper Honos, Nomenque Viri, Laudesque manebunt,
 Sic ejus Pietas Dexteritasque merent.
 Scire Statum gestis præsentem, Prater, Orestis?
 Expediam paucis: Pauper ubique jacet!
 Obtinet antiquum Mundus: Sunt subdita Nummis
 Omnia! Qui Nummis deficit, ille jacet.
 Mens pia, Menshilaris, Mens sana in Corpore sano,
 Hæ sunt Divitiæ, quas mihi Jova dedit.
 Sed manet hæc imis semper Spes fixa Medullis:
 Qui fuit, is miseri porro Patronus erit.
 Tandem grata aderit, quæ non sperabitur Hora!
 Namque pium nescit deseruisse DEus.
 Quid facit imberbis Juvenis, qui proximus ad me
 Sedit, cuique suum Nomen Avena dedit?
 Scripserat is nuper: Mea me Galatea reliquit,
 Et nos ulterius non Amaryllis habet.
 Non credam (quod eum fatis intus & in Cute novi)
 Nî tua, mi Pylades, Litera firmet idem.
 Quid dubitas, utrum sim permanens Crestes
 Vita mihi postquam ducitur hicce Loci?
 Quid tibi vis: Procul ex Oculis, à Limine Cordis
 Censetur vulgo quod procul esse velit:
 Quid Tibi mi Pylades? Quæ Te dementia cepit?
 Annon novisti me fatis à teneris?
 Ante leves ergo pascentur in Æthere Cervi,
 Et Pisces nudos Flumina destituent,
 Ante, pererratis amborum Finibus, Exul
 Saxo bibet Rhodanum, aut Marchia nostra Tigrim,
 Quam nostro vester labatur Pectore Vultus,
 Hæc mea Mens, Pylades. En Tibi Dextra! Vale.

Francofurti d 23. Maji
 1684.

Colhard, SS. Th St.
 H. Du,

II. Dn. M. Godofredo Wegnero, V. D. M.
 Francofurtum.

ARripio tandem Calamum, Rerumque mearum
 Perscribo Faciem, Vir Venerande, Tibi.
 Hæc autem in præsens satis est optata, sed ante
 Quattuor Hebdomadas sat miseranda fuit:
Nam Mare quot Conchas, quot amœna Rosaria Flores,
Quotque soporiferum Grana Papaver habet,
Sylva Feras quot alit, quot Piscibus Unda natatur,
Et tenerum Pennis Aera pulsât Avis;
 Tot Mala sum passus, quæ si comprehendere Versu
 Icarie Numerum dicere coner Aquæ.
 Causa fuit, Baculo quod nuper durius a me
 Exceptus Nequam Discipulus fuerat,
 Qui Morbum simulans Pastorem nactus Amicum
 (Quem Vox Theologum, vix pia Vita facit)
 Factus & est subito mihi tunc *ἀπρόσδοξος* hic Hostis,
 Verbere quod dignus Verbera passus erat.
 Hinc conjuratos ad Prælia convocat Hostes,
 Egregius tanti Duxque Caputque Chori!
 Convocat! & junctis convertit Viribus in me
 Tela, quibus peream mox moriarque miser.
 Sed prævisa minus nocuerunt Tela Colbarde,
 Firmo qui Talo statque canitque piè:
 Si DËus à nostræ stat Partibus ipse Salutis,
 Quæ noceat Capiti Vis inimica meo?
 Adfuit ille mihi caræ sub Pectore Matris,
 Nascentique mihi Vita Salusque fuit,
 Me Puerum imbellem texit, Juvenemquo perinde,
 Et Lateri Custos hæsit ubique meo.
 Dumque ago, quod superest, variis in Casibus Aerum
 Nulla venit, qui me non juvet, Hora DËus.
 Hoc mihi Solamen, dubiis hæc Anchora Rebus,
 Hæc est illa mei Spes animosa Sinus.
 Carmine nunc referam nostra quid in Urbe sit actum
 Nuper ab his, Musas quos coluisse juvat.

Scilicet illius Titan Onomasma reduxit
 Audit qui scholici Dux (a) Gregis atque Caput.
 Hæc igitur (longo quod non est Tempore factum)
 Omnes qui vigili Sedulitate colunt
 Ingenuas Artes, Genitalia sacra Magistri
 Solenni Ritu concelebrâre pie.
 Arida clangentem se Buccina solvit in Auram,
 Cumque Lyra sonuit Fistula dulce canens.
 Insuper & Poclum curarunt conficiendum
^{Ἀργυρεον}, quod iis constitit Ære gravi,
 Scripseruntque simul gratantia Metra Magistro,
 Quæ nunc, Mecanas, mitto legenda Tibi.
 Non equidem T esunt LECTORE hæc digna putanda,
 Qui solitus docta es volvere Scripta Virum;
 Sed tamen interea Tibi cum DEUS Otia fecit,
 Hæc Pubis Scholicæ Carmina quæso lege.
 Et quia Lingua nocet mala Versibus hisce proinde
 Expeto Judicium, Vir Venerande, tuum.
 Teutonicos equidem, qui nullo Nomine gaudent,
 Taxavit dudum Zoilus ipse procax,
 Ac ea propter ego Maledictis vapulo, namque
 Hæc præscripta à me metrica Verba refert.
 Sed quantum curant torrentia Flumina Ripas,
 Næ tantum curo Zoile Verba tua.
 Denique quod memini, sunt Exemplaria dudum
 Transmissa Ebrææ mî tria Grammatices,
 Pro quibus, ut scribis, debebam solvere Grossos
 Ter binos, quos jam mitto, Patrone, Tibi.
 Sed Calamum revoco, quoniam illa Negotia, queis jam
 Districtus teneor, scribere plura vetant.
 Officiosa Salus à me dicatur Amicis.
 Prospera queis cunctis apprecor ex Animo.
 Ascanius vivat cum primis Corpore sanus
 Artibus & studeat Nocte Dieque bonis.
 Hisque tuis Studio quæ inclusi Grammata, Amicis
 Mittantur; quorum Nomina fronte gerunt.

(a) Samuel Jacobi, Rector Scholæ Spandoviensis.

Sic tandem abrumpo Calamum, Te Vir Venerande,
Commendans Domino. Vive Valeque diu!

Spandoæ d. 2. Oct.
1687.

Chr. Colbard, Schol. Con-R.

III. *Petitoria ad Magistratum C. in L. pro
Rektoratu, quem I. S. B. Amici mei conjunctis-
simi Suasû 1688. d. 3. Febr. ambu.*

Spectata Virtute Viri, Patriæque Columnæ,
Digno dignandi semper Honore mihi.
Munia submissis ambire Scholastica Verbis
Novimus hautquaquam, cui liber, esse nefas.
Hinc aufurus idem, Patriæ Vos Lumina, dulci
Oro secunderis Cœpta Favore mea.
Quod Schola Vestra vacet jamjam Rectore fideli,
Cujusdam Pyladis Litera missâ docet,
Insimul & suadet Vestræ ad Bonitatis Asylum
Perrepam, quia Res Vos penes hæcce foret,
Quæque vacant ausim Verbis ambire modestis
Munia Rectoris, sed tamen absque Mõra.
Næ postquam nostris innotuit Auribus hocce
Consilium Pyladis, nescio quo Stimulo,
Illius ad Nutum me mox accommodo totum,
Experiorque Viri Dexteritate graves,
Utrum Rectorem me Ludo accersere Vestro
Sit lubitum Vobis & dare Sceptra Scholæ?
Hocque Rei Caput est, quapropter Litera nostra
Supplex jam Vestros volvitur ante Pedes.
Conscripti Patres, conferte proinde petenti
Munus Rectoris, si placet, hocce mihi.
Si Vos exoro (quod ad Aras spondeo) semper
Observator ero Muneris assiduus,
Vosque Patres Urbis, dum Spiritus hos reget Artus,
Servitio, Obsequio, Thure Precumque colam.

Vivite ! Vobiscum vigeat Respublica Vestra,
 Atque inclarescant Curia, Tempa, Schola !
 Vivite felices Vobis ; sic vivite Vestris,
 Vivite sic nobis atque Valetate diu !
 Ne sua sic equidem labentur Secula læta,
 Vester subjectus qui cupit esse Cliens,

*Chr. Coblaro, h. t. Scholæ
 Spandov. Con-R.*

IV. *Testimonium, Joh. Georg. Schlüttero,
 Auditori suo perhibitum.*

Dignus Amore Virum Clarorum, quem juvat Annis
 A teneris Studiis invigilasse bonis,
 Id tenus hac fecit *Schlüter*, sudavit & alfit
 Atque Manu trivit Nocte Dieque Libros.
 Græca simul junxit semper Documenta Latinis
 Ac Linguae Ebrææ ductus Amore fuit.
 E Cathedra hinc habuit Sermones sæpe suaves,
 Quos commendarunt Res, Stylus, Ordo, Lepor.
 Infuper & didicit componere Carmina, nostra
 Quod Schola testatur, Teutonica ac Latia.
 Cum vero iustus nobis valedixerit, atque
 Se velit Aonio consociare Gregi,
 Sed tamen haut faciles soleant emergere, quorum
 Obstat Virtuti Res. miseranda Domi ;
 Te Precibus summis, per eumque rogamus Amorem,
 Quo Musas ardes, Lector amice, pias,
Schlütteri Studia ut digneris Amore, Favore,
 Utque fovere velis atque juvare Probum.
 Hac certa freti Spe, Lector amice, Jehovæ
 Te commendamus. Vive Valeque diu !

Spandovæ d. 27. Mart.
 1688.

*Ch. Colbard. Schol.
 Con-R.*

V. Dn.

V. Domino Martino Wernero, SS. Theol. Stud.
 dios. antebac Auditori hodie Fautori meo
 Northussum.

G Naviter ante aliquot mihi cum tereretur Aristas
 Naso Poëta Manu, Flaccus & ipse Maro,
 Tum non invita Versus fluxere Minerva
 Et Spatio finxi Disticha multa brevi.
 Non parili mihi crede fluunt jam Carmina Vena,
 Metrica nec Numeris neçtere Verba juvat.
 Ut Mores alios, alios sic Vita Labores,
 Qua fruor in præsens, postulat ac Studia.
 Non Maro, non Naso, sed sunt volvenda diurna
 Nocturnaque Manu Biblia sacra mihi.
 Non mihi Pastori Populum licet Ore docere,
 Con-Rector Pubem quæ docui Scholicam.
 Tum mea Cura fuit, quod nosti, Classicus Autor,
 Quem mea vix hodie Bibliotheca capit,
 Aut si forte capit, quod non nego, Pulvere crasso
 Atque Situ obductus Classicus Autor erit.
 Est Scopus Officii spectandus, & inde gerenda
 Cura, ut proficiant in Pietate Mei,
 Inque fide vera, reddantur ut inde Salutis
 Tandem participes: Hic Scopus unus erit.
 Carmina pangendo nequaquam consequor illum,
 Sed potius dando Dogmata sancta Dei.
 Hinc tua legissem cum Carmina docta, legentem
 Quamvis delectent admoneantque tui;
 Attamen heu perquam trepidus Sermonem ligato
 Audeo Responsum reddere, Amice, tuis.
 Miraris? Noli! fundendi Distichon ullum
 Vel mihi per Lustrum Copia nulla fuit.
 Ergo meum fas est Animum spectare, Poëma
 Non sic, cui Limam Munia sancta negant.
 Et Veniam pro Laude peto, laudatus abunde,
 Non fastiditus si tibi, Werner, ero.

His ita præmissis Mens est Rem tangere, quare
 Verbis tam multis scripseris ante mihi:
 Nempe ad Oves teneris Con-Rector abivit ab Agnis
 Wrizenfis, Famam quod docuisse refers,
 Ac petis, ut mandem te de meliore Patronis,
 Qui Præceptores constituisse solent,
 Quo rursus Patribus tu suffragantibus Urbis
 In Con-Rectoris sufficiare Locum.
 Hoc fieret fateor, si Res foret integra, novi
 Namque satis, quod sis Munere dignus eo.
 Sed quia, qui Scholica gestat Sparta hacce potiri,
 Insimul & debet Musicus esse bonus,
 Organon ut pedibus Digitisque scienter eburnis
 Tangere pneumaticum possit in Æde sacra;
 Hanc autem nunquam didicisse fideliter Artem
 Te, *Dilecte*, satis conscius ipse siem;
 Ergo de Tabula Digitum! porroque sedeto
 Sederua, donec te vocet inde DEUS.
 Huic confide! huic soli committe Salutem
 Assiduis Precibus! Respicit ille pios,
 Et tandem certo, quæ non sperabitur Hora
 Grata superveniet Læstiaque frequens.
Fide Deo, ne fide tibi, sibi fidere namque
Perfidia baut Fidei est. Fide proinde Deo!
 Porro petis, *Werner*, referam quo Tempore primum
 Aggressus fuerim Munia sancta mea?
 Ajo quod Res est, quamvis sim nescius hoc quid
 Scire tua referat. Pauca proinde nota:
 Secli currentis fuit Octogesimus Annus (1682.)
 Octavus, primus nempe Ministerii,
 Symmystamque suum totis Ecclesia ferme
 Annis me quatuor nutriit ac habuit.
 Postquam cum Lustris ter sex completa fuerunt
 Secla bis octo, Annos queis superadde duos, (1692.)
 Tum me *Pastorem* primum *Münchberga* salutar,
 (Sicque jubente Deo, sicque vocante Duce,)

Tum

Tum me *Inspectorem* vicinus *Pastor* habebat,
 Semper & agnovit, ceu decet, inde suum.
 Et, qua sum positus, dum Spiritus hos reget Artus,
 Hac parebo lubens in Statione Deo.
 Ille vocavit, & ille potest dimittere Servum,
 Vivere qui modo vult Numinis Arbitrio.
 Sed quæ te genuit, quæris, quid in Urbe geratur?
 Me latet! hoc regero: Dicere plura nefas.
 Dicere sed fas est, quod certo dicere possum,
 Nempe Scholæ patriæ Duxque Caputque valet,
 Et valet & floret, sic nuper scripsit Amicus
 Quidam, qui nostra natus in Urbe fuit.
 Et qui Spandæam discessit, ut huncce Cratippum
 Audiat, ac redeat doctior inde Domum.
 Quæ per *Cursor*em misisti Scripta legenda,
 Hæc satis attente lecta fuere mihi.
 Judicium Calamo Studio committere nolo,
 Sed coram referam pluribus hocce tibi.
 Interea prout accepi tua Scripta perinde
 Inpræsens eadem pura remitto tibi.
 Hisce Vale *Werner*, Numen reverenter adora
 Daque Operam Sacris, cætera linque Deo!

Münchb. d. 10. Nov. 1699.

VI. Dn. Ch. S. P. & I. St. quo à teneris usus
 sum familiariter, d. 18. Aug. 1698.

Læticia magna perfundor, Carmina postquam
 Læta mihi fuerant, Vir Reverende, tua,
 Mellitis etenim vocor ad Convivia Verbis
 Ædibus in vestris instituenda brevi
 Quis, quamvis essem sic invitatus honeste,
 Ipse lubens præsto concomitante Deo,
 Me tamen in præsens alio vocat atque petenti
 Hanc veniam plane denegat Officium.

Cujus, quippe sacri, Rationem censet habendam
 Officio quisquis fungitur ipse sacro
 Munere cum mecum Tu defungaris eodem.
 Mi Veniam facilis credo daturus eris,
 Quod præferre tuis Epulis mea Munio malim,
 Neglectisque istis hîsce vacare velim.
 Interea Bellum, quod Grammaticale vocasti,
 Voce super *Momi*, ceu tua Verba sonant,
 Teque tuumque inter Vicinum gliscere dicis,
 Atque tuis ut stem Partibus inde petis;
 Mens tua, crede, potest nulla Ratione probari
 Illi, cui nota est Attica Lingua parum,
 Jure proinde tuam nequeo defendere Causam,
 Prorsus, ceu video, cum fiet illa mala,
 Momi Vox Græca est, cujus producere primam
 Convenit & nunquam corripienda venit,
 Ast ubi tu primam te corripuisse fateris,
 Te *Momus* merito corripit inde tuus.
 Objicis: Admittunt sed plurima Nomina primam
 (Propria præcipue) sapius ancipitem:
 Sic sanè est, veteres soliti sunt sæpe Poëtæ
 Nomina non uno ponere multa Modo:
Orionis enim dicunt, vel *Orionis* Ensem,
 Jam *Syphacis* Nomen, jamque *Syphacis* amant.
 Et modo *Bebrycis*, modo *Bebrycis* ore loquuntur,
 Et scribunt *Italîs* *Itala* Verba Notis.
Sicanie Terras celebrant, Portusque *Sicanos*.
*Arabie*que Plagas, est ubi dives *Arabs*.
*Æneadas*que canunt *Æneæ* Nomine dictos,
Priamides *Priami* Filius, *Hector* erat.
Sidoniam gestat Chlamidem *Sidonia* Dido,
*Dianam*que refert, utque *Diana* micat,
Pygmalion Ferro *Sichæum* obruncat ad Aras,
Didoni Luctus Causa *Sichæus* erat.
 Nura liquefieri possunt, liquefacta gelascunt,
 Inque tepesacto sunt tepesacta Loco.

Liqui-

*Liquida cum Liquidis jungas Vietisque Vieta,
 Pugilloque Comes sæpe Pugillus erit.
 Flabellum Vates UMBER, dat Naso Flabellum,
 Obe! jam satis est, dicito, Pastor. Obe!
 Et Tibi dō Veniam, si propria Nomina ponis
 Liberius, Momo quam placet hocce tuo.
 Respicienda tamen cumprimis Vocis Origo,
 Rursum ne carpat. Carmina Momus iners.
 In respondendo multo prolixior essem,
 Sed meditabundo Carmina nostra fluunt.
 Quæ cum Secessum scribentis & Otia quærant,
 Ast utrumque mihi deneget Officium;
 Ergo, quæ restant, tunc persequar, Otia nobis
 Cum facturus erit commodiora DEUS,
 His cum Palmitibus nec non cum Vite suavi
 Te commendo Deo. Vir Reverende, Vale!*

VII. *Adscitus d. 18. Dec. 1702. à Dn. Georg.
 Keuschen, Pastore Jahnsfeldensi Filiola Susceptor,
 Chartæ, cui Mnemosynon Iusticum involu-
 tum erat, inscripseram hos Elegos.*

C*astula suscepta est Tibi casta è Coniuge Casto:
 Castula & est Undæ Fonte renata sacræ.
 Vivat! At Omnipotens faxit, quo Castula Casto
 Salva diu vivat, vivat & incolumis.
 Vivat io vivat, sed dum tua Castula vivit,
 Insimul & caste vivat in Orbe precor.
 Næ tua sic Matri (cui proh Fastidia Menfes
 Longa decem tulerunt) Castula dulcis erit.
 Næ Tibi sic Patri tua Castula chara futura est,
 Ac in ea stabit Cura perinde tua.
 Quin mihi sic etiam, quem tu dignatus Honore
 Compatris immerito Secula læta fluent.*

VIII. *Samueli Püschelio*, *Gymnasii Wratislaviensis* *Elisabethani Civi d. 14. April.*

1703.

A Genitore tuo monitus perscribere tandem
 Grammata suscipio, suavis Amice, Tibi
 Et quia, Te vigili Studio, excoluisse Poësin,
 Testantur pridem Carmina missa satis;
 (Quæ, quoniam fuerant abs Te contexta proinde,
 Lecta frequenter erant atque relecta mihi)
 Carmine propterea Rerum retulisse iuvabit
 Nostrarum Facies quæ fiet ac fuerit.
 Non fluit ex voto, mea namque Poëtica Vena
 Metrica perraro fundere Verba solet;
 Attamen ut cepi, sic pergo scribere, certus,
 Quod soleat belle Velle placere Tibi.
 Hoc igitur primum teneas, quod Corpore recte
 Jam valeam, valeam sic quoque Mente mea.
 Sic etiam Conjux valuit, valere valentque
 Chara, juvante Deo, Pignora Conjugii.
 Quin mea (quæ satis est nunc tarda senilibus Annis)
 Gratia sit Jovæ, Mater amanda valet.
 Idem poscendus calida Prece, potro beare
 Omnigena nosmet prosperitate velit.
 Sed quid agis Breslæ? Vivisne? Valesne? Studesne?
 Sic spero ac Animo Vota meo foveo.
 Gloria Græcorum quondam non ultima, *Athenæ*
 (*Oppida, quæis Nomen docta Minerva dedit*)
 Artibus ingenuis celebres claræque fuerunt,
 Doctores summa quas docuere Fide,
 Ut dictæ fuerint hinc Mercatura bonarum
 Disciplinarum Jure quidem celebris.
Püscheli merito tibi *Athenæ Bresla* vocatur,
 Doctus ibi Cathedram quippe Cratippus habet,
 Qui sudat, Juvenes quo fiant Arte politi
 Moribus & culti Noctæ dieque boni.

Hæc

Hæc loquor, expertus, vestri Subsellia namque,
 Cum Fructu pressi Gymnasii Juvenis,
 Tum mihi quotidie tres audivisse *Cratippos*
 Contigit, insignes affabilesque Viros.
 Primus erat (a) *Thomæ* Rector, Con-Rector at (b) *Hanke*,
 Sub-Rector (c) *Gryphius*, qui Polyhistor erat.
Thomæ, qui dudum Naturæ Debita solvit,
 Orator clarus Virque disertus erat.
 Orbi præclaris Scriptis innotuit *Hanke*,
 Inde Viro charus qui Diadema gerit.
 Ingeniosus erat *Gryphius* solersque Professor,
 Et quo defunctus Munere dignus erat.
 Tantum Gymnasium Doctrina floruit horum,
 Tantum præ reliquis extulit atque Caput,
 Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi,
 Cætera vel quantum Sidera Luna Polo.
 Ergo cum Breslami sis Tute profectus, inanem
 Judice me, Tibi næ turpe redire Domum.
 Quod nec sperabo, quoniam novi ante teneri
 Te dulci inprimis Pieridum Studio;
 Astamo te, nec Amore Tui intermittere possum,
 Cordati partes quin Monitoris agam.
 Firmiter hoc credas olim meminisse juvabit,
 Si Studii hodie sedulus invigilas.
 Est pater ipse tuus, Mater quoque, suntque propinqui
 Linqere queis visum Pulpita Gymnasii,
 Teque Academica nunc, postquam vigesimus Annus
 Stat Tibi completus, Castra subire volunt.
 Quid tibi quæso videtur? Ego tibi Suafor adesse
 Vix queo, nam Studia haut sunt mihi nota tua.
 Cum fructu qui vult Academica Castra subire,
 Sermonem Latium calleat ille bene,
 Calleat & Græcum, cum Græco jungat Ebræum,
 Qui tandem docti Nomen habere cupit.

Di-

(a) *Elias Thomæ*. (b) *Martinus Hancke*. (c) *Christianus Gryphius*.

Disciplinarum solidam quoque debet habere
 Notitiam, ut Logices, Rhetorices, Ethices.
 Instruendus bene si fuerit sic, altius ille
 Cum Fructu (experto crede) volare potest.
 Ergo quid valeant Humeri, quid ferre recusent,
 Explorare velis atque referre mihi.
 Nec mihi tunc Senio, qui Te complector Amore
 Non infucato, consuluisse Tibi.
 Nomine porro meo Rectorem quaeso salutes
 Quasque vides illi tradere ne pigeat.
 Fas erit interdum Responsum urgere monendo,
 Ejus enim cupidi nos fumus atque Tui,
 Idque Tui Causa, nam scripsi Patre rogante
 De Studiis quid Vir sentiat ille tuis.
 Hinc responsurus, quod primo Tempore fiat,
 Docti Rectoris Grammata junge tuis.
 Accidit & si quid, placeat retulisse Novorum
 (Quod solet in magnis sapius esse Locis)
 Cura Viris equidem levibus solet esse Novorum,
 Sed novi, cupidum quemlibet esse novi.
 Quod superest multum Doctorumvolvito chartas,
 Et bene cum Verbis Res quoque disce bonas,
 Præterea Prece Tu devota Numen adora,
 Semper Te Virtus ut regat omniregens,
 Aethereo beet ut JESUS Te Flamine, Vota
 Pectore do toto, quo bene proficias.
 Sic Te, Püscheli, feliciter hisce valere
 In JESU nostro nostra Thalia jubet,
 Sincero rogitans digneris Amore, Favore
 Constante, quem jam noveris esse tuum

Colbardum.

Cum DEUS a Sacris Paschalibus Otia nobis
 Fecisset, sunt hæc Grammata scripta mea.
 Tunc exorta quidem Münchbergæ septima bis LUX
 Anni currentis Mensis Aprilis erat.

IX.

IX. Eidem Sam. Püschelio Wratislaviam.

Optime Püscheli, Juvenis cupidissime nostri
 Corde proin toto rursus amate mihi.
 Tu quæ bis quinto scripsisti Grammata Juli,
 Hæc mihi sunt recte tradita bis decimo.
 Queis cito Responsum debebam reddere, sicque
 Affectum nostrum significare Tibi;
 Sed fuit ante tuo mihi cum Genitore loquendum,
 Quod durante tamen Messè minus licuit,
 Serius inde tuis equidem respondeo, quod Te
 Non habeat male, nam sat cito si bene sat.
 Sed bene sat, quoniam Tibi nuncio Gaudia Patris,
 Insimul & refero Gaudia nostra Tibi,
 Pectore quæ, lectis vestri Rectoris amandi
 Atque tuis perquam sensimus inde nova.
 Meque Poëma tuum, quod alacriter Otia sacris
 Aoniis tribuas non dubitare sinit.
 Quin & idem clare docti docuere Magistri,
 Scripta Tui causa, Grammata docta satis.
 Quæ postquam Patri fuerint exposita, repente
 Menstacita illius Gaudia mille capit,
 Edixitque, Tibi quod celsum Heliconæ petenti
 Non nolit Sumtus suppeditare lubens.
 Ergo quo dudum patriis es missus ab Oris,
 Quando liber, licitum est, inde redire Domum.
 Adsis Autumno, sive adsis Vere, perinde est,
 Adsis incolumis concomitante Deo.
 Interea quoniam per Tempus scribere plura
 Non licet, hic sueto finio More. Vale!

Münchb. d. 27. Sept. 1703.

*X. Dn. Chr. Schulzio, Pastori ac Inspectori
 Storkoviensium.*

Tradita quam Latio signasti pollice Charta
 A fida Dextra, Vir Reverende, mihi

Quæ

Quæ Responsa tuis annexa fuere *Speneri*,
 Lecta remittentur, iudiciumque ferent.
 Quod Te, ceu quereris, Sors aspera sæpe molestet,
 Sollicito Morbo, Tristitiaque premat,
 Et quod præterea spinosa Calumnia Famam
 Proscindat graviter, Vir Reverende, tuam,
 Hancee tuam doleo Sortem vehementer acerbam,
 Quam precor æternus finiat ipse DEus:
 Atque afflet contra Te tandem lætior Aura,
 Luctumque excipiant Gaudia grata tuum.
 Obtrectatores Contemptu vindico, gnarus
 Vindictæ licitum quod genus hocce fiet.
 Exemplum, *Pastor*, tibi nostrum Norma sit, Hostis
 Ut temnas pariter sic Maledicta tui.
Buslidii Carmen, quod jam communico tecum,
 Perlege, qui scite sic canit atque pie:
Qua ratione meos ulciscar, queritis, Hostes?
Expediam, ulcisci sic quoque disce tuos.
Incessunt, taceo: Culpant, fero: Crimina spargunt,
Dissimulo: Mordent, absque Dolore meo:
Obtrectant, sileo: Ringuntur, rideo. Vulgo
Traducunt, patior: Dant mihi Damna, sino:
Adspiciunt torvis Oculis, ego comiter illos
Accipio: Turbant cuncta, Quiete fruor:
Latrant, non moveor: Frendent, non curo: Minantur,
Nil metuo: Torquent Labra, laboro nihil:
Exagitant, non exagitor: Vexant, neque vexor:
Lædunt, nec lædor. Probra refutat Honor:
Insidias ponunt, evado: Petunt Caput, oro:
Pessima molitis optima quæque precor,
 Hunc ulciscendi Morem sî, *Schulze*, tenebis,
 Re Christianus eris, Re quoque *Pastor* eris.
 A me quæso tuam Costam prolemque saluta.
 Jam verat Officium scribere plura. Vale!

Münchb, d. 10, Febr, 1724.

XI. Dn.

XI. *Dn. Job. Geislero, Pastori Heinerstorffium.*

Effe Tibi Gnatum prognatum Conjuge casta,
 Litera, quæ veri Nuncia, misa docet.
 Gratulor idcirco Tibi, Vir Reverende, precorque
 Filius ut videat Nestoris ille Dies,
 Sæpeque dilectæ Genetrici ludat in Ulnis,
 Atque Tibi Barbam mulceat ille Patri.
 Sed Susceprorem placuit me adsciscere Gnato,
 Annuo : (quod pulchrum ter reperatur idem)
 Meque Die dicto præsto promitto futurum
 Si sanus fuero, Munia sique ferent.
 Interea jubeo bene Teque Tuamque valere,
 Ut nobis hilaris iustica Mensa fiet.

Münchb. d. 6. Apr. 1703.

XII. *Ad eundem Gratulatio in Charta iustica.*

Ecce Tibi, Pastor, charus (quæ Gratia Jovæ)
 Filius e chara Conjuge suscipitur.
 Cumque salutifero Baptismatis Amne novatus
 Luce sit hac orta Filius iste tuus :
 Ergo precor, concedat ei *βίον εὐβίον ἡδὲ*
Μακρόβιον Vitæ qui dator atque Sator,
 Sic Patri, Matri, mihi sic, qui mactor Honore
 Compatri eximio, Secula læta fluent.

Münchb. d. 11. Apr. 1703.

XIII. *D. J. S. Not. Publ. Cas. d. 20. Dec. 1707.*

Mater, quam nuper belle salvere jubebas,
 Est placida dudum Morte peremta mea.
 In vivis illam vidissem Corde libente,
 Ast aliter voluit disposuisse DEUS.
 Sit, Jobi Verbis utar, benedictus Jova,
 Omnia qui fecit cum Genetrice bene.

B

Hic

Hic septem decies & tres compleverat Annos,
 Complerat credas Anxietate gravi,
 Libera nunc omni Mœtore, Labore, Dolore,
 Possidet æternum Gaudia summa Poli.
 Versibus hinc Tibi paucis, mi Fautor amande,
 Lugubrem volui notificare Statum,
 A te clementer clemens avertat Jova
 Tristitiam talem, Fautor amande, Vale!

XIV. *Elegia ad Dioecesanos aspera Crofnesium Fata complectens, pro quibus d. 12. Sept. 1708. Rex clementissimus Collectam fieri jussit.*

Crosna jacet Flammi& & tristi mersa Favilla,
 Ante fatis Domibus quæ numerosa fuit.
 Sunt, qui fidereis tribuunt hæc aspera Fatis,
 Nos factum indultu credimus esse Dei,
 Qui probat afflictos, hæc qui Ratione docetque
 Quæ possederunt, fluxa fuisse Bona,
 Quis minus hinc inhient, Bona sed cœlestia quærant,
 Quæ semper durant perpetuoque manent.
 Sed monet hic iridem nos, succurramus Egenis,
 Ceu Fidei Sociis, quolibet hinc Modo.
 Næ Patriæ Patris *FridERICI* Pectora justo
 Hæc Colonorum Fata Dolore coquunt,
 Quorum Subsidio Sortem studet inde levare,
 Quod nos hæc præfens Litera clara docet.
 Pastores ut eidem insistant firmiter omnes,
 Hoc monet *Inspector*, sicque Valere jubet!

XV. *Notificatione tertiorum Votorum Regis nostri clementissimi per Hagiosynedrium d. s. Nov. 1708. facta, Currendam, ut vocant, sequens comitata est.*

PAssim præfenti comitantur Tempore Vates
 Carmine *FridERICI* tertia Vota pio.

Sub

Sub cuius tutus tenus hac Umbone quiesco,
 Illius Tadis Carmen & ipse cano.
 Non fluit ex Voto, mea namque Poëtica Vena
 Metrica perraro fundere Verba solet;
 Attamen ut cepi, sic pergo scribere, certus,
 Si desint Vires quod voluisse fat est.
 Nempe adeo verum est, miscentur tristia lætis,
 Nubilaque excipiunt Gaudia mille nigra.
 Regis ad Exemplum totus componitur Orbis,
 Regis & Exemplo Dicta probanda mea.
 Rex *Fridericus* erit, Patriæ Pater optimus Annis
 Cui retro quatuor (si bene commemini)
 Formosam Thalami Sociam nobisque benignam
 Proh! Patriæ Matrem Mors inopina tulit.
 Fata diu doluit Rex tantæ Conjugis, atque
 Regna pio Regi condoluere simul.
 Sed dolor hic justus nunc tandem cessat utrinque,
 Quin Regi & Regno Gaudia grata parit.
 Nam viduum Luctum Lecto Rex mutat Amico,
 Dum nova Conjugii Fœdera lætus init.
Quod felix faustumque fiet! sic clamat Eidem
 Incola Prusiacus, qui probitate nitet,
 Quam tenus hac colimus securi, Marchia nostra
 Sat patulo nobis Ore fatetur idem,
 Hanc hodie lætam dum Vocem solvit in Auram:
Euge Pari illustri Secula læta fluant!
 Quid quod? idem Votum resonat Provincia quævis,
 Quam *Fridericus* Rex in Ditione tenet,
 Fatetur enim gratans: *Feliciter atque beate*
Eveniant Patriæ tertia Vota Patri.
 Vota decet Votis pia neſtere. Vota proinde
 Sacra *Pari illustri* consecro Mentepia:
 Nempe sit hic Nexus firmus: sint Vota secunda:
 Perpetuo dulcis sit socialis Amor:
 Nil absit, quod adesse vovet: Nil adfit eidem,
 Quod *Par* hoc longe *Regium* abesse cupit.

Jova novæ Sociæ Thalami Socium, Patriæque
Percharum Patrem sospitet ipse diu!

Hocce pio voto præmissio Regia iussa
Festino juslit, quo decet, ire pede

Inspector.

XVI. *Filio Christophoro Adolpho, Scholari
Custrinensi.*

INcaluit, *Fili*, mea Vena Poëtica ! Versus
Accipe, quos promit, Menteproinde piâ.
Certior hac fieri cupio Ratione, Poësis,
Qua capior, Curænum Tibi docta fiet.
Aurea nam Clavis Rerum veneranda Poësis,
Ostia Castaliæ qua referantur Aquæ.
Ars est, quæ reliquas inter Captut extulit Artes
Tantum, Judicio Consilioque Sophum,
Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi,
Cætera vel quantum Sidera Luna Polo.
Ars est, quam quærit constanti pectore Clerus,
Semper & atrenta Sedulitate fovet.
Ars est, quam meritis Medicus quoque Laudibus ornat,
Quique Foro arguro civica Jura docet.
Ars est, quam Princeps, quam Rex colit atque Monarcha,
Et cui non raro Præmia larga dicat.
Hanc igitur fas est didicisse fideliter Artem,
Quæ gratum summis te facit usque Viris.
Sunt equidem, fateor, queis Carmina nulla probantur
Et Maro queis Alga vilior esse solet.
Hi quoniam sapiunt nimis inde videntur iidem
Vix sapere, & captos autumo Mente sua.
Odit enim hanc Artem Nemo, nisi nescius Artis,
Diligit at Carmen Carmine digna gerens.
Sed dicis! Vates non fit, sed nascitur ille,
Ultro concedo, dum memor hujus ero!
Si Natura negat, facit indignatio Versum
Qualemcunque potest. Hinc bene, Gnate, mones,

Ast

Ast audi! Vates num tu sis natus, id ante
 Carmina quam pangas, non tibi nosse datum est.
 Ergo quid valeant humeri, quid ferre reculent
 Nobili in hoc Studio, Gnate, referre velis.
 Me satis interea tua reddit Litera certum
 Posterior, recte quod tenus hac valeas.
 Omnipotens servet te porro Corpore sanum,
 Sedulus ut Studiis invigilare queas,
 Cumque Deo fias, qui Marris adimpleat omnem
 Spem charæ, nec non anxia Vota Patris.
 Ex insperato Bellaria misâ duobus
 Fratibus ac Teneræ grata fuere tuis,
 Qui tibi persolvunt vel eo jam Nomine Grates,
 Quod Frater Fratrum sic meminisse velis.
 Diceret & Grates tibi vel Soror ipsa tenella,
 Si posset Verba hæc articulata loqui:
 Sed quoniam nondum bene Voces exprimit Ore,
 Sufficiat, Risu cum tua dona capit.
 Idque ajo factum, Bellaria namque tenella
 Conspiciens laxat rubra Labella sua.
 Grossos ter binos tibi jam transmitto roganti
 Sic impendendos ceu tua Charta docet,
 Ædibus in nostris sumus omnes Corpore firmo,
 Sed solus *Zehlefeld* languida Membra trahit.
 Languida Membra trahit miser, & jam proximus Orco est
 Cui se propensum præbeat ipse Deus!
 Quod superest, *Fili*, feliciter hisce valere
 In JEsu semper te jubet ipse Pater

Münchb. d. 1. Febr. 1709. Colhard.

Frangat Epistolii præsentis Signa Colhardus
 Ingenuas Artes quem coluisse juvat.

XVII. *Eidem d. 6. Mart. 1709.*

Sidere Berlino felice reversus in Urbem
 Inveni, *Fili*, Grammata grata tua.

Gaudeo quod Versu mihi respondisse Parenti
 Ausus es & Mentem significasse tuam.
 Errasti, fateor, bisterque quaterque, quid inde?
 Artificem nasci nonnisi Stultus, ait.
 Errando didici, atque errando discimus omnes,
 Errando discēs tu quoque, *Gnate*, Metrum.
 Ipsemet ut videas Oculis Errata, noravi,
 Sicque tibi Versus, *Gnate*, remitto tuos.
 Perge! licet grave Principium, facile inde sequetur
 Mox Medium, tandem Finis amœnus erit.
 Largam *Rectori* tu propinato Salutem,
 Gnaviter & Studiis invigilato. Vale!

XVIII. *Dn. Theodoro Pudori, Pastori Her-
 merstorffium.*

CRebro queis quondam Convivia lauta parabas,
 Rarius his hodie Gaudia grata facis.
 Hinc Monitoris eges, tibi clam qui dicat in Aurem:
Usus habet Laudem, Crimen Abusus habet.
 Non semper pateat tua Cella Culinaque cunctis,
 Nec tamen hinc semper frigeat ac rigeat.
 Sunt, Animi Causa queis convenisse Pudorem
 Dulce foret, tritam quos tamen hocce ferit:
Postibus assideat non invitatus honeste!
 Hinc Panem malunt *Ædibus* esse suis.
 Si *Pudor* est idem, qui pridem, forte vocabit
 Nos pet *Epistolium*, ceu decet, ipse brevi,
 Oreque sat patulo clamabit: *Adeste Pudori!*
 Nam mea repleta est Cella Liquore bono,
 In promptu Lepus est, Meleagris, Carpio, Capo.
 Promet & asfaram nostra Culina Suem.
 Talis erat pridem *Pudor*, ut currente sit idem
 Seclō, vel paucis hifce monendus erat.
 Et cum sic scriptum, me *Judice*, sat *Sapienti*,
 Ergo consueto finio *Mors*: Vale!

Tute

Tute Vale! Tecum valeat tua castra Marita!

Vobiscum valeant Pignora Conjugij!

Hospitis Hospitibus sic læti, læta futura est

Ædibus in vestris Tempore Mensa suo.

Münchh. d. Mart. 1709.

Solvat Epistolii præsentis bina Sigilla

Qui docet Hermstorffi Dogmata sacra, *Pudor.*

XIX. *Eidem.*

Læta Meas Ædes Invitatoria vestra
Pulsat, & hæc dicit mox bona Verba mihi:
Heus aperi Portam, meque intromitte *Colbarde,*

Auribus en narro Gaudia grata tuis;

Sub Tectis etenim Convivia lauta *Pudoris*

Nuncio post paucos instituenda Dies,

Quæ tibi, quæque tuis, aliisque parabit Amicis,

Quorum perspecta est intemerata fides.

Ergo Die dicto, sic invitatus honeste,

(Oria si faciet summus Jova) veni.

Dixerat hæc postquam blanda tua Litera Voce,

Mox ego Responsum lætus ovansque fero.

Vade salutatum subito perarata *Pudorem*

Litera, Sermonis fida *Ministra* mei,

Invenias illum seu stantem sive sedentem,

Incipe mox fari, sic ait ipse *Colbard:*

Næ satis ingenue tua candida Amore referta.

Jam *Pudor* in me Mens conspicienda datur.

Ceu decet inde Tibi memori de Pectore Grates

Perfolvo dignas atque referre paro,

Quisquis Amicitia nec vis pia Fœdera nostræ,

Nec, si forte velis, dissimulare potes.

Næ veniam, Veniam veniendi Munia si dant,

Me Pedibusque meis ad tua Tecta feram.

Non autem veniam solus, Convivia namque

Esse queunt Socio vix sine læta bono.

Hinc veniet mecum *Weber* (modo Curia plena
 Curarum veniam non neget hanc Viro.)
Weber, quem penes est communis Cura Salutis,
 Quemque Virum nosti Dexteritate gravem.
Weber, quem certum tenus hac expertus Amicum
 Sæpius in dubia Re cupidumque tui.
Weberum porro Consul comitabitur Urbis
 Alter, *Rüblenus*, si modo sanus erit,
 Nam solet hunc crebro dira exercere *Podagra*,
 Tollere nequaquam quam Medicina potest.
 Quin Epuli indicti Socias adsciscere nostras.
Uxores, credo Pace licere tua.
 Hoc tamen in Dubio, quia Cura domestica mordax
 Vadendi Veniam vix solet hinc dare.
 Ast extra Dubium, si vivere sique valere
 Contingit, veniet *Pharmacopola Senex*.
Pharmacopola Senex est Vir Virtute Fideque
 Antiqua cunctis gratus & inde Bonis.
Pharmacopola Senex & Ficum dicere Ficum
 Et solet ipse Scapham Voce vocare Scapham.
 Insuper & mecum (si Cura Scholastica pallens
 Dat Veniam) veniet *Duxque Caputque Scholæ*.
 Sed *Zehlfeld* Veniam veniendi à se impetrat ipso
 Difficilis, quoniam languida Membra trahit.
 Languida Membra trahit miser, atq; est proximus Orco
 Cui firmas Vires reddere Jova velit !
 Si tamen ex Morbo recreetur, promptus adibit
 Atque cito mecum Limina vestra Pede.
 Sic equidem sancte promisit proque Salute
 Illius interea fundere Vota decet.
 Hos præter dictos vel plures forte venirent,
 Ast illos Verbum retrahit hocce vetus :
Asideat Portæ non invitatus honeste !
 Hinc Panem malunt *Ædibus* esse suis.
 Sed *Dapibus* lautis tua non sit *Mensa* repleta.
 Nobis, quod *modicum*, sufficit, atque *bonum*

Non cupimus vesci ſævarum Carne ferarum,
 Aſſa ſapit nobis, quæ vitulina ſonat.
 Aſſo ſpro Vitulo (qui ſunt hoc Tempore rari)
 Apponi nobis Aſſa ſuilla poteſt.
 Paſcere ſed tantos Convivas Carne ſuilla
 Anne putas tanto Dedecus eſſe Viro?
 Dedecus eſt certe, quoniam cœu novimus omnes,
 Per Vomiturum reddi ſæpe ſuilla ſolet.
 Ergo tua Menſa ptocul abſit ſœda ſuilla,
 Nam Carnem Stomachus non capit hancce meus.
 Contra ornet Menſam, Gallina vel aſſa Columba.
 Ornet (ſi mea quid Vota valere queunt)
 Et Lepus & Perdix, Turdus, Meleagris & Anſer,
 Arrident etenim talia Fercla Gulæ.
 Et Piſcis gratus, ſed non ſit Carpio; Nobis
 Nempe Anguilla poteſt illius eſſe Loco.
 Eſſe poteſt inquam, ſed ſi non poſſit haberi,
 Quid tum? maſtetur Lucius ergo vorax.
 Dignus hic eſt noſtram qui demittatur in Alvum
 Jure ſuo, quia Rex atque Tyrannus Aqua.
 Enarrata tuam ſi poſſent Fercla Menſam
 Exornare Pudor, quantus Apollo fores?
 Si queat at neutrum Verbis Nummiſque parari,
 Quid facies? Normam firmiter hancce tene;
Vel Fruſto Panis bonus eſt contentus Amicus,
 Atque Cibo, qualem veſtra Culina dabit.
 Næ penſare ſolet Vultum, non Fercla lauta
 Hoſpitis in Menſa, quiſquis Amicus erit.
 Sed nec amo Potum, mea qui titubantia reddat
 Membra, ſed ardentem qui levet uſque Sitim.
 Nam Capiti noſtrō Cereviſia crasſa Dolores
 Attrahit ingentes, quam coquit ipſa Buko.
 Quamque ſolent noſtri Cives braxare, cavenda
 Eſt ideo, Cornu quod ferit illa fero,
 Sicque ferit, facere ut nequaquam Peſque Manusque
 Oſque Caputque velint Officium inde ſuum,

Fürstenwaldensis non fida est, quippe per Alvum
 Spem præter laxas solvitur in Caligas,
 Imprimis ubi multa Thetis conjuncta Lyæo,
 Tunc & obest Stomacho, nec sapit ista Gula.
Wrizenfis sat clara quidem, sed inebriat. Ergo
 Harum Convivis neutra probata tuis,
 Longe, quam *Bernoæ* coquit, *Cerevisia* præstat,
 Hæc laudata meis hæcque probata tuis.
 Hujus Odor, Color, atque Sapor non officit ulli,
 Afficit at multos, afficietque tuos.
 Sed, qualem tandem promat tua Cella Liquorem,
 Gratus erit nobis, dummodo clarus erit.
 Insuper & nobis apponere Vina Falerna
 Noli, Patricios patria Vina decent.
 Sitque nefas plenis Cyathis haurire Salutem
 Alterius, quoniam Corpora nostra necat.
 Mi-licet haut prosit, moneo tamen adit *Adustum*
Vinum, sunt alii, quostæzet ejus Amor.
 Noxius ejus Amor nimius, quia Corporis atque
 Ingenii Vires debilitare solet.
 Ut nullo tandem Rationis polleat Ufû
 Vina nimis crebro quisquis adusta bibit.
 Fistula sed fateor mihi non ingrata Tabaci,
 Utilitate sua quippe probata mihi:
 Exacuit Visum cumprimis, promovet Alvum,
 Solvit & in Somnum Lumina fessa levem.
 Ergo si nostri Te tangit Cura, nec Herba
 Hæc procul à Mensâ debet abesse tua.
 Ofores equidem non defunt, ipse molestus
 Queis Odor est, & queis asper in Ore Sapor:
 Ast & Amatores ejus, queis Fistula dulce
 Est sua, sat multos Secula nostra ferunt,
 Non laudo Ofores Herbæ, nimium nec Amantes,
 Sed laudo Medium quos tenuisse juvat.
 Illius Ofor erit Nemo, nisi nescius, Herba
 Hæc Capiti nostro Commoda quanta ferat.

Sicut

Sicut at in Vitium nimium convertitur omne,
 Hujus sic Herbæ Crimen Abusus habet.
 Crimen Abusus habet, sed non metuendus Abusus,
 Hinc adsit Mensæ Nicotiana tuæ.
 Sed Calamum revoco. Tibi danda, o Litera, Vela
 Retrorsum, quoniam Prata bibere fatis.
 Prata bibere fatis! nostro dic ergo *Pudori*,
 Dicere quæ debes, & mea Verba refer.
 Litera si placeat Dictis, *παλυθρόδακτον* adde:
Hæc Sapienti sat! Vive faveque tuo
 Münchb. d. 18. Mart. 1709.

Colharão.

Hujus Epistolii Signacula solvere debet
 Qui docet Hermstorffi Dogmata sacra *Pudor.*

XX. *Eidem, d. 23. Mart. 1709.*

Litera quos dixit nostra ad Convivia vestra
 Venturos, hodie posse venire negat.
 In Causa nobis est Inclementia Cæli,
 Ut peregre in præsens nullus abire velit.
 Perdici, Lepori, Turdo, Vituloque Suique
 Parce proinde tuo, nec cadat Ense Lupus.
 Nullius Vini, nullius Cura Liqueoris
 Angat nunc Animum, *Vir Reverendo*, tuum.
 Sed tamen hoc Epulum, quod jam differtur, id ipsum
 Non ideo auferri debet, *Amice*, tuum.
 Commodius veniet Tempus, quo Prandia nobis,
 Si lubitum fuerit, grata parare queas.
 Heus cum ridebit Tibi formosissimus Annus,
 Tunc Mensam lautis instrue quæso Cibis.
 Atque voca rursus per Grammata docta vocandos,
 Crede, Deo, venient ad tua Tecta, Duce.
 Hoc Te scire volunt, qui complectuntur Amore
 Atque Favore pio Te *Pudor*. Hicse Vale!

XXI.

XXI. *Dn. Ephraimo Gottlibio Colbaro Pa-
stori, Zindorffium, d. 17. Febr. 1709.*

UT mihi grata fuit tua Epistola misa, Marita
Sic *Frater*, nostræ grata perinde fuit.
Quippe Puerperio felici Conjugis orta
Gaudia tu nobis lætus ovansque refers.
Gratulor inde tibi merito de Prole novella,
Sospes & ut vivat Tempora longa precor!
Tempora longa precor vivat, sed dum tua vivit,
Vita sit illius casta, pudica, pia!
Interea quoniam Susceptrix nostra Marita
Filiolæ adscita est, *Frater Amante*, tuæ,
Illa Tibi dicit vel eo jam Nomine Grates,
Digna quod Officio visa sit hocce pio.
Sistet & indubie se præsto Costa rogata
Tempore præscripto concomitante Deo.
Quacum me pariter (si Vires servat Jova
Corporis integras) ad tua Tecta feram,
Ac veniam promptus, modo Cura domestica mordax
Seu munus Veniam non neget hancce mihi.
Hiscæ Tibi, Vitique tuæ, Sobolique fideli
Pectore fausta precor, *Frater Amante*, Vale!

XXII. *Incolarum miseriam, qui in Urbe,
dicta die Freyheit Westhosen, Flammæ Vim sen-
serunt & pro quibus d. 4. Nov. 1709. Rex Cle-
mentissimus Collectam fieri jusfit, Dn. Diœcesan-
is hac Elegia commendavi.*

PRæcones Verbi venerandi, Dogmata sacra
Tradere quæis volupe est Dexteritate pia,
Urbs, Libertatis quæ gaudet Nomine *Westhoff*,
Amplius haut dici libera Jure potest:

Nam

Nam Libertatis Titulum gravis opprimit Ignis
 Ac sternit pulchros impia Flamma Lares,
 Ut qui felicem se dixerat ante Colonus,
 Sorrem nunc querulo, defleat Ore suam;
 Dum sua Fortunæ Bona tristi mersa Favilla
 Cuncta simul lacrumans nunc periisse videt,
 Ur vitam præter miseram nihil amplius ulli
 Restet, quo possit se relevare miser.
 Proh! Panis Stomacho, proh! Potus deficit Ori!
 Quæque regat Corpus debile Vestis abest!
 Qui poterant aliis succurrere largiter ante,
 Numinis hos Iros Ira repente facit.
 O Westhoff! Westhoff! Rebus sic stantibus, unde
 Jam Libertatis Nomina clara geres?
 Eheu! quam dura est hæc Inclementia Fati!
 Quam DEus immittit Damna molesta Suis!
 Scire cupis causam? Digito compesce Labellum!
 Dic: Justus Dominus! Dicere plura nefas.
 Incola, quod fateor, Peccati labe notatus,
 Hic equidem passus Crimine digna suo.
 Hoc tamen inficior, non sors fuit Incola solus,
 Qui tunc perpesus talia Damna fuit;
 Sed simili credo pereundum More cuivis,
 Qui nunc mature non resipiscit, erit.
 Ergo si faciunt aliena Pericula cautum
 Te, felix nimium terque beatus eris.
 Incola Westhoffensis idem petit, indeque dextram
 Per me nunc Aurem vellicat ipse Tibi,
 Hasque suo repetit tremulo satis Ore Querelas:
Fata mea inspiciens Fata memento tua!
 Fata memento! Et idem tibi quod contingere possit,
 Quod Civi pridem contigit huicce bono.
 Sic Dubium non est, quin compatiaris egeno,
 Succurrasque pie, qui prius esse cupis.
 Forte mali tanti tenus hac ignarus & indo
 Affistis tardas ferre serenus Opem.

No.

Noli! Nam frustra quærit, quicumque petenti
 Denegat Auxilium. Cuncta DEus meminit!
 Cujus agi credas hic Causam, quique proinde
 Cuncta dat, ut facilis des quoque, quicquid habes.
 Hinc ubi nunc sese per me tibi sistit egenus,
 Se per eum sistit, Filius ipse DEI,
 Subsidiūque Manu quod tu porrexeris illi,
 Hoc aliquando sibi dicet hic esse datum.
 Sed Rem, quam Vobis, *Fratres*, commendo, vicissim
 Quivis commendet de meliore Suis.
 Officiū vestri Ratio sic exigit, atque
 Rescripto justo *Rex pius* urget idem.
 Hoc urgete, miser quo sentiat inde Colonus,
 Quod vestrum Pectus flagret Amore sui.
 In JESU nostro jubeo feliciter hisce
 Vivere vos *Fratres* atque valere diu!
 Münchb. d. 30. Octobr. 1709.

XXIII. Dn. Joh. Petro Thielen, J. U. D. Prof.

Publ. Extraordinario ac Civit. Syndico Francof.

SYNDICE, quem penes est communis Cura Salutis,
 Quod digne celebrant Curia, Tempa, Schola,
 Carmine cur adeam Te lætus, quærere noli,
 Quæ me Causa mover, dicere sponte volo.
 Scilicet hesternò me pulchra Prole Parentem
 Fæminea fecit casta Matira Die.
 Inde Deo promo memori de pectore Grates,
 Quod Colatæ præsens auxiliando fuit,
 Quoque juvante meus Lucem tener aspicit Infans
 Sospes & in toto Corpore Labe carens.
 Sed, quo reddatur mea Filia certa Salutis,
 Sacro Baptismi Fonte novanda venit,
 Lustricus hic Actus fiet, trigesima postquam
 Candida Lux nobis orta Decembris erit.
 Cumque sacro huic Operi soleant ex More Patrini
 Adscisci Testes, qui probitate nirent;

Hinc

Hinc male non vertes, si Gnata adfisco tenellæ
 Te Susceptorem, *Syndice docte*, meæ.
 Jus aliquod faciunt affinia Vincula nobis,
 Quo minus ingratus Compater esse queam.
 Quin tua Dexteritas mihi nota est, nota perinde
 Sincera est Pietas, qua radiare soles.
 Hæc Animo expendens iterumque iterumque rogando
 Insto, suscipias hoc Pietatis Opus.
 Et definita Te sistas Luce rogatus
 Indubie præsto concomitante Deo.
 Concomitante Deo sacra digneris in Æde
 Actum Baptistini concelebrare pie.
 Quo cessante statim curabo, ut lustrica nostra
 Nostris Compatribus Mensa parata fiet,
 Quæ si forte minus capiat tum Fercula lauta
 (Lauta quod & Nummis Oppida parva negant.)
 Attamen illa Cibum, quo clarus vivit Amicus,
 Contentus capiet, qui *Modicum* atque *Bonum*.
 Interea summum calida Prece Numen adoro,
 Te sanum toto Corpore servet idem,
 Consiliis quo porro tuis Respublica vestra
 Stet, vigeantque diu Curia, Tempa, Schola!
 Faxit & Omnipotens, firmis ut Viribus Uxor
 Cum teneta maneat Prole perinde mea!
 Scilicet hæc demum credo Ratione futurum,
 Ut nobis hilaris lustrica Mensa fiet.

Münchb. d. 22. Dec. 1709.

XXIV. Dn. Job. Frid. Jägeru, J. U. D. &

Prof. Publ. Extraord. Francofurtum.

INclite Jägeri, Themidos venerande Professor,

Submissò Cultu suspiciende mihi.

Dexteritate tua frater Tibi nuncio lætus

Gaudia, perfudit me quibus ipse DEus:

Orta Dies fuerat vigesima prima Decembris,

Qua Conjux fecit me mea Prole Patrem.

Laus.

Laus fiet inde Deo, cujus mea Costa cupitum
 Difficili in Partu senferat Auxilium!
 Ille diu Prolem, Genetricem sospitet ille,
 Immensa hoc faciat pro Bonitate sua!
 Sed mea quo tandem Regno potiatur Olympi
 Filia, Baptifini Fonte novanda venit.
 Cumque Salus Proles Lex fit fuprema Parentis
 Quem curat quovis (fi pius) ille Modo;
 Grata proinde Dies hujus trigefima Menfis,
 Luftricus hic Actus, qua peragetur, erit.
 Sed Susceptores, Probitas quos cana Fidesque
 Commendat, jamjam *γέρουσαν* quero meis,
 Qui tum præfentes facrum Baptifmatis Actum
 Condecorent, Teneræ proque Salute rogent.
 Cognitus à multis hoc Nomine *Doctoz*, es Annis,
 Scis, & idem Patriæ nos genitifse Solum,
 Et quod præterea jungant Affinia Jura
 Nos, Te nequaquam, *Doctoz amande*, fugit.
 Hinc Susceptorem mea fi Te Audacia pofcat,
 Non dubito, quin fit grata futura Tibi.
 Hocque Rei Caput eft, invitatoria noftra
 Cur Oculis præfens fiftitur illa tuis.
 Annue propterea, *Doctoz venerande*, petenti,
 Et Susceptoris Munia promptus adi.
 Actum Baptifmi celebrabis Tempore difto
 Devotus præfens, & pie in *Æde* fagra.
 Quæque dein poterit folito pro More parari
Ædibus in noftris luftrica Menfa Tibi,
 Quamvis non fuerit Ferclis onerata fuperbis
 (Ut quæ vix penfat quisquis Amicus erit)
 Attamen, ut capiat, curabo Fercula fana
 Et teneat Normam: Sit *Modicum* atque *Bonum*!
 His Te, *Justitia Præco*, commendo fideli
 Tutelæ Jovæ, Vive Valeque diu!

Münchb, d. 23. Dec. 1709.

XXV.

XXV. *Gratulatio ad Dn. Job. Fridericum*

Rühlen, Consulem Münchb. d. 7. Jan. 1710.

Lætor, susceptum Tibi casta è Conjuge Gnatum,
Consul, & ex Animo gratulor inde Tibi.

Vivat! - at Omnipotens faxit, quo sospes in Orbe
 Vivat & incolumis Filius ille tuus.

Vivat! sed tuus hic dum vivit Filius, Ejus
 Sit summo inprimis Vita probata DEO.

Sic capiet *Mater* (cui proh Fastidia Menses
 Longa decem tulerunt) Gaudia mille pia.

Sic erit & *Patri* Tibi charus Filius idem,
 Ac in eo stabit Cura perinde tua.

Quin mihi sic etiam, quem tu dignaris Honore
 Compatri eximio, Secula læta fluent.

XXVI. *Pro felici novi Anni auspicio*

d. 2. Jan. 1710.

Exacto veteri Cursum novus inchoat Annus
 Et læto refovet Lumine cuncta DEVS.

Nos decet hinc merito Plausu exultare secundo
 Et sine Fine DEO Carmina grata dare;

Quod nos servavit per mille Pericula salvos
 Qui meriti pœnas Suppliciumque sumus.

Quam Genus infelix hodie mortale per Orbem
 Jactatur trepidis ob Scelus acre Malis!

Quam multi patrios Fines dulcesque Penates
 Linquunt! Quamque alii dant sua Terga Fugæ

Exulat ah Pietas, Superis gratissima Virtus,
 Namque fugata Solo splendet in Arce Poli,

Mœret dejecto divina Modestia Vultu,
 Pax Terras linquens Sidera celsa colit.

Ast Scelerum contra sævissima Turba triumphat,
 Deprimitur Pietas, Visque Nefasque viget.

Scilicet hinc justæ Mortales Fulmina Pœnæ
 Hausimus, æternam proque Salute Necem.

Bacchatur laxis furialis Erynnis Habenis,

Mars late dominans Arma Minasque crepat.

Carl.

Eu.

Eumenides toto Flagris agitantur in Orbe.
 Quæ nihil humanæ Commoda Pacis amant.
 Sternit Agros Bellum, Sara læta, Boumque Labores
 Sternit, disturbat Dogmata vera DEI.
 Cum Fame acerba Lues vasto grasatur in Orbe,
 Ac Pestis passim Teutona Regna premit.
 Sed cum, qua liquido Tellus circumfusa Ponto
 Clauditur, immineant cuncta tremenda Malis,
 Nos tamen Omnipotens per tot Discrimina Rerum
 Duxit, & incolumes Sorte fremente tulit.
 Pluraque prælargi fudit sacra Munera Dextra,
 Omnia plena Bonis largiter ipse facit;
 Hinc surgant Domino puro Præcordia Cantu,
 Æteraumque ferant Semina grata DEO.
 Illustres prodant Fructus cœlestibus Ausis
 Dignos & Cordis Munera grata litent.
 Fulminet, insurgat, lædat, lasciviat, erret
 Sors perversa, DEO crede Salutis Opem.
 Muneris illius est, si qua generosior intret
 Aura Domos, præsens Subsidiunque malis.
 Huic semper referas Grates & Sole subacto
 Et renovante Gradum Carmina grata fontent.
 Illi Rem, Sobolem, Fortunam crede Tuorum,
 Hic servabit Opes, Sorte fremente teget.

XXVII. *Dr. Eph. Gottl. Colbaro Pastora
 Zindorf.*

A Edibus ex vestris discessi, *Frater Amante,*
 Mane sub expressa Conditione novo,
 Vespere quod vellem veniente redire, tuisque
 Sub Tectis iterum Noctæ Quiete frui;
 Sed præter Morem stetit haut Sententia Dictæ,
 Quæris: Cur? Audi: Causa Caballus erat,
 Qui claudus dextro Pede posteriore, retrorsum
 Se portare suum posse recusat Herum.
 Ergo revertendi *Münchbergam* Occasio nobis
 Commoda *Tastorffi* dum datur, uter ea,

Cum

Cumque DEO Curru vectus feliciter Urbem
 Ingredior, salvos invenioque Meos.
 Sed Tibi pro cunctis jam solvo pectore Grates,
 Quæis voluisti me condecorare Bonis.
 Quæ Tibi, quæque Tuis (quæis prospera cuncta pre-
 camur)
 Summi restituat Dextera larga DEI.
 Per Famulum repeto, mea quæ sunt, quæque reliquæ,
 Nempe Mitram, Falcem, Palliolumque meum,
 Duplex sancta vetat Meditatio scribere multa
 Grammata, Pancratice, *Frater amande, Vale!*

Münchb. d. 17. Jan. 1710.

Dogmata Zindorffi qui spargit sacra *Colhardo,*
 Hujus Epistolæ frangere Signa licet.

XXVIII. Dn. *Joh. Christoph. Zehlfelden,*
SS. Th. Candid. Colbergam, d. 17. Jan. 1710.

Nuper terdecima demum mihi Luce Decembris,
 O *Zehlfeldiades*, tradita Charta tua est.
 Ceu tua Verba sonant, finisti languidus Annus,
 Quo Te Sors Morbo Tristitiaque premit,
 Ut Mortem, Vitæ pertæsus, sæpe preceris,
 Ac idem contra vivere sæpe velis.
 Condoleo! *JEsus*, à quo Sors aspera venit,
 Auferat hanc tandem Corde calente precor!
 Ac Te, si Tibi Sors est utilis usque secunda,
 Sorte novo hoc Anno prosperiore beer!
 Inprimis Vires det Corporis ille valentes,
 Tete nec attingant dira Pericla Necis!
 Det simul, ut sano sit Mens in Corpore sana;
 Sedulus ut Studiis porro vacare queas!
 Hocce meum Votum si firmant Fata secunda,
 Næ sua labentur Secula lata *Patri*.
 Præcipue quæ Te *Genetrix* in Luminis Auram
 Edidit, hinc capiet Gaudia mille pia:

Angimur interdum Fatis quoque tristibus hicce:
 Perpes enim Fidei Crux solet esse Comes,
 Nubila Fortunæ patienti Mente feramus,
 Lætitia tandem Sol oriturus erit.
 Tristia miscentur lætis! post tristia pergo
 Gaudia nunc lætus nostra referre Tibi.
 Nempe Puerperio felici Conjugis aucta
 Stirps mea his decima Luce Decembris erat;
 Nam mea Costa Patrem me fecit Prole novella,
 Quæ toto prorsus Corpore Labe caret.
 Indita sunt *Sophie Charlottæ* Nomina Gnatae,
 Quam cum Matre diu sospiret ipse DEUS!
 Propina largam *Patri Matrique* Salutem.
Germanis itidem dic bona Verba tuis.
 Germanos Germana Fides & Candor honestant:
 Talem si præstas Te, *Pomeranus* eris.
 Finio sic tandem, quoniam Meditatio sacra
 Consignare vetat Grammata multa. Vale!

XXIX. *Dn. Christiano Unesorgen, Pastori*

Quilixum. d. 25. Jan. 1710.

Pastor, qui Populo tradis sacra Dogmata Verbi
 In Christo Frater devenerande mihi.
 Lecta remittuntur, mihi quæ tua Dextra petenti
 Ante Dies paucos Scripta legenda dedit.
 Grates, quod lubuit mihi gratificariet istis,
 Ceu decet, hinc dico Pectore & Ore Tibi.
 Sique tuis Studiis queat inservire, vicisim
 Tota Tibi pateat Bibliotheca mea.
 Ad nos ut veniat jam presci Copia Lactis,
 Mittitur idcirco, qui petat Ære, Puer,
 Cumque Loci prorsus sit vestri ignarus, eundem
 Hospitio excipias Consilioque juves.
 Quod superest trinum Numen reverenter adoro,
 Ut Tibi propensum semper adesse velit!
 Vivimus in Mundo, sed sic, ut dicere fas sit:
In qua servasti Tempora Christe Tuos?

Proh

Proh! friget Pietas! Proh Virtus exulat Orbe!
 In pretio est multis proh dolor omne Scelus!
 Per fas perque nefas (quo raptat cæca Libido)
 Quisque ruit, promptus Bella movere DEO.
 Nemo non Monitoris eget, vult Nemo moneri,
 Sed cupit arbitrio vivere quisque suo.
 Sol quoties oritur, cernit nova Crimina: Vincit.
 Elapsum veniens Lux Feritate Diem.
 Frustra hinc felices nobis promittimus Annos
 In Mundo, colimus qui Pietate DEUM.
 Ergo ne perdas Operam, dum Dogmata sacra
 In Templo tradis Dexteritate pia;
 Te Servum Dominus Servator protegat, idem
 Proque sua semper Te Bonitate juvet,
 Sit Tibi Lux, Tibi Dux, Tibi Lex, Tibi Rex, Tibi
 Judex,

Sit Pater & foveat Te Pietate sua!

Sic licet in Terris Tibi Præmia digna negentur,
 Non tamen illa Polus, *Vir Reverende*, negat.
 Hisce diu valeas cum casta Conjuge sospes,
 Sic itidem valeant Pignora chara Thori!

XXX. Dn. Georgio Nulymen, Pastori Arenstorf.

Vir gravis Annorum Numero, Meritisque Fideque
 Compater omnimodè suspiciende mihi,
 Ad Te Dresferus, qui nostris sæpe volutus
 Hactenus est Manibus, tandem aliquando redit.
 Illius affecit me Lectio, quæque proinde
 A Capite ad Calcem continuanda fuit.
 Idcirco noli mihi succensere, quod Autor
 Edibus in nostris tam fuit ille diu.
 Gratificabor ego Tibi Libris, *Rahme*, vicissim
 Quos modo-cunque capit Bibliotheca mea.
 Aut aliis Rebus, quæ spirant Pectus amicum,
 Quæisque Animum gratum significare licet.
 Sed mea jam Calamum reddit Meditatio strictum
 Plura proin coram commodiore Die!

Interes Precibus, Senior *Venerande*, Salutem
 Commendo Domino, qui regit Astra, tuam.
 Hic Te multorum servavit ad usque Stuporem,
 Per multos Annos hastenus incolumem,
 Servet & hic Anno præsentis Te, neque Parcis
 Vitæ permittat rumpere Fila tuæ;
 Corpore sed valeas (*rumpantur ut Ilia Momo;*)
 Muneris & facias debita Jusfa tui!
 Vive valeque diu cum casta Conjuge, cumque
 Conjugii Fœtu vive valeque diu!

Münchb. d. 25. Jan. 1710.

XXXI. *Illustri ac generoso Domino, Dno.*
Johanni Wilhelmo a Tettau, Potentissimi Regis Bo-
rusiæ Camerario fidelissimo, Satrapæ Insterbur-
gensis dignissimo & Protectori Academia Artium ac
Scientiarum mechanicarum gravissimo Sc. Domi-
no Hereditario in Arnau, Sommerfeld, Glosche-
nen, Taplak, &c. &c. Patrono ac Mæcenari
submisse colendo, S. P. D.

Litera, quæ nostri Sermonis fida Ministra es,
 Auribus arrectis imbibere Jusfa mea!
 Atque salutatum Generosum vade Patronum,
 Regis Prusiaci quem tenet Aula nitens,
 Cujus & is fidus Camerarius audit, & audit
 Satrapa præterea pervigil atque probus.
 Hunc Genus antiquum, hunc Virtus, hunc Candor
 honestant
 Commendantque Viro, qui Diadema gerit.
 Nomina sed quæris fortassis Charta Patroni?
 Quod quæris referam sponte meapte Tibi.
 Ut Genus à Tettau, Mæcenas nobile ducit;
 Sic & de Tettau Nomina clara gerit.
 Quem colo, quem veneror submisse, Spiritus Artus
 Dum reget hosce meos, Pectore, Fronte, Genu.
 Hunc-

Illorum Te sic affectit Lectio (quo de
 Gratulor ipse mihi, plaudo perinde mihi)
 Prelo ut non tantum mox subjicienda putares
 Digna, sed & docto condecoranda Metro.
 Cur colis Affectu tanto mea Carmina *Fautor* ,
 Qui meritus de Te non meminisse queo ?
 Nempe triumphali redimito Tempora Fronde
 Ipfus Apollo Tibi Pectora casta movet.
 Anferis ut Strepitus, quem profert inter Olores :
 Ac Olitoris item Vox Tibi grata fiet.
 Inde licet non sint mea Carmina digna Cothurno ;
 Laudato satis est hæc placuisse Viro.
 Pro tanto Affectu nunc & pro Munere tali
 Quas referam Grates, *Magne Patrone*, Tibi ?
 Næ tua Fama, tuum Nomen Laudesque manebunt,
Mecænas, semper, dum mihi Vita viget,
 Nominis ante mei venientque Oblivia nobis,
 Pectore quam Pieras fit mihi pulsa meo.
 Quodsi Francfurtum contingat adire *Professor* ,
 Pulsanti pateat tum tua Porta Precor,
 Quo sic conveniam præsentem, cujus & absens
 Præclaras Dotes osculor Ingenii.
 Interea nuper, quæ Te Censore latina
 Sunt descripta Typis vilia nostra Metra,
 Illorum Exemplar volui præsentibus hisce
 Jungere *Mecænas*, γράμμασι, *Magne*, meis.
 Vile quidem fateor Munus, sed Corde profectum
 Sincero, capias Fronte favente pete,
 Ac Cor respicias, non Munus, meque Favore
 Summo digneris porro, *Patrone*, tuo.
 Quod superest Precibus divinum Nomen adibo,
 Ut Te constanti Prosperitate beet.
 Susceptosque graves fortunet Jovæ Labores,
 Quo sic procedat Functio vestra bene!
 Functio procedat! Grato quo *Prussicus Heræa*
 Devinctus maneat porro Favore Tibi.

Det

Hinc nece salutatum mea Litera vade repente,
 Vade bonis Avibus, vade citoque Pede.
 Sive Domi invenias illum, seu Regis in Aula,
 Vultu mox placido dic bona Verba Viro.
 Trade deinde Librum, quem fert tua Dextra, Patrono,
 Insimul ut capiat Fronce favente, roga.
 Dicque, petit Veniam, non Laudem audaculus Autor,
 Quod Tibi Pagellas dedicat hasce leves,
 Pagellas, Limam queis Munia sancta negarunt,
 Inde nec Autori sat placuisse queunt.
 Scire cupis Causam Tibi cur inscripserit illas?
 Expediam, pronus Tu mea Dicta cape:
 Movit eum, credas, tua rara Modestia, movit
 Candor eum pariter, Dexteritasque tua.
 Hinc Tibi displiceat minus Autor: Cæpta secunda.
 Illius potius quaeso Favore Tuo,
 Atque Patrocinii Clypeo ceu maximus Ajax
 Sollicitum Teucrum protege porro tuum,
 Pro tanto Affectu Te, Vir generose, vicissim
 Autor Thure Precum Servitioque colet.
 Qui, mihi crede, vovet calidi sub Fornice Cordis,
 Ut vigeas, vireas, ut valeasque diu!
 Quin vovet, ut vivas; florescas atque senescas,
 Acceptus Jovæ Sceptringeroque Viro.
 Prata bibere satis! Digito compesce Labellum:
 Litera, sitque Tibi dicere plura nefas!
 Absque Mora Reditum meditare proinde, benigno
 Cum Mecænatî dixeris ante Vale.
 Münchh. d. 29. Octobr. 1711.

XXXII. Dn. Samueli Fabricio, Pastori,
 Micro-Bernoam. d. 28. Febr. 1710.

Affinis lepidum Dono Tibi mitto Libellum,
 Quem prona capias Mente Manuque rogo.
 Miraris Munus nostrum? Mirare: quid inde?
 Cum trahat, ut nossi, quemque Cupido sua,

Si Labor ἰγκύκλιος non denegat Oria, parvum
 Mentis Ἀκριβείην perlege quæso Librum.
 Perlegerem, regeris fortassis, si quid Amice
 Magnum scripsisses: Talia curo nihil!
 Oria da nobis! Sed qualia fecerat olim
 Meccenas Flacco Virgilioque suo.
 Condere victuras Curas tentabo per Ævum,
 Et Nomen facile est eripuisse Rogo.
 In steriles Campos nolunt Jura ferre Juvenci:
 Pingue Solum lasfat; sed juvat iste Labor.
 Interea si quæ videas Delicta, Litura
 Illico, si bonus es, corrige quæso tua.
 Et, bonus interdum, noris, dormitat Homerus,
 Qui Vatum Princeps, qui Pater ipse fuit.
 Tempore plura suo coram! Dic Ore Salutem
 Conjugii Sociæ: Die bona Verba Patri.
 Et sic cum Thalami Sociæ, Genitore colendo,
 Afcanioque tuo vel tria Secla Vale!

XXXIII. Z. P. M. C. 1710. d. 1. Martii.

Non me Morboniam, ceu spero, jubebis abire,
 Qui retuli, retulit quæ mihi Fama prius.
 De nihilo vix est, quod publica Fama susurrat,
 O tua de nihilo si mala Fama foret!
 Eloquar an fileam? Regeris, sed utrumque nocebit,
 Mi fortasse prius, posteriusque Tibi.
 Sed tua qui possum plane Delicta silere?
 Eloquar! ausculta & me Monitore sâpe.
 Oria quisquis amat, quærens sua Gaudia Luxu,
 Aut ducens dulci Pocula plena Mero,
 Lascivo Veneris quicumque est captus Amore,
 Aut Tempus Ludo transfigit atque terit:
 Audit Jure suo male cunctis, quæque futuri
 Atque Mali magni sunt Alimenta, fovet.
 Quæ scripsi, scripsi vel ab ipso Patre rogatus
 Improba sollicitum quem tua Vita facit.

Quid

Quid juvat à prima coluisse Heliconæ Juventa
 Musarumque Choris implicuisse Manus,
 Si non Criminibus Finem Vitæque priori
 Ponis, sique fugis quæ faciendæ tibi?
 Dic cur hic! nec sis posthac Monitoribus asper!
 Horum Vox etenim Vox, mihi crede, DEI est.
 Felix, ad frugem si hæc Monitore redibis!
 Infelix, hæc si progrediere Via!
 Ad prolixa tibi respondi Grammata paucis.
 Si qua dabis posthac Grammata, reddo nihil,
 Ni sapiant Hominem prudentem satque modestum,
 Qui faciendæ facit, qui fugiendæ fugit.
 Interea Precibus non desino Numen adire,
 Ut placidum sese det faveatque tibi,
 Accendatque tuam cælesti Lumine Mentem,
 Polleat ut vera Cognitione DEI.
 Atque Voluntatem pariter flectatque regatque,
 Iplius ut studeas Jusfa verenda sequi.
 Jusfa verenda sequi Jovæ te ducit ad Astra:
 Ad Lethen ducit spernere Jusfa DEI.

XXXIV. Dn. M. Leonb. Christ. Sturmio,
 P. L. C. Math. Prof. Ordin. & h. r. Ph. Fac.
 Decano, Francof. d. 3. Mart. 1710.

PRæsces Apollinei Cætus & Gloria rara
 Musarum, Viadrus quas alit atque capit.
 Carmen apud multos quamvis sit vilius Alga
 Et Vates soleat rodere Momus iners;
 Diligit hocce tamen sua cui Præcordia Titan
 Flammiger effinxit de meliore Luto,
 Atque suis quoties solet interponere Curis
 Gaudia, mox Carmen Corde libente legit.
 Hos inter primum, queis Carmina docta probantur,
 Mæcenas, equidem Jure merere Locum.
 Carmina nam tenui quæ sum modulatus Avena,
 Postquam Censuram, Docte Decane, petunt,

Det tibi Jova simul grandæva Tempora Vitæ,
 Servet & incolumes semper & usque Tuos!
 Tandem Caliculis Vos JESUS jungat! Jova
 Pondus da Voto, quod fero Corde! Vale!

XXXV. *Dn. Job. Samueli Kirchhoffen, Ca-
 mere Regiæ Advocato & Collegi Medici Syn-
 dico, Berolinum.*

EN Tibi, Mæcenas chartacea Munera mitto,
 Insimul, ut capias Fronte favente, peto,
 Miraris, tenui quæ sum modulatus Avena,
 Cur Oculis liceat cernere Scripta Typis?
 Desine! Namque trahit semper sua quemque Voluptas,
 Ceu constat dudum fat Tibi satque mihi.
 Et quamvis non sint mea Carmina digna Cothurno,
 Grata tamen crebro & Vox Olitoris erit.
 Hisce tuo faveas ad *Königsberg* usque,
 Qui pia pro Vestra Vota Salute facit.
 Münchb. d. 6, Martii 1710.

XXXVI. *Dn. E. P. & Dn. C. E. PP.*

QUærendo instabat nuper Par nobile Fratrum;
 (Cujus sunt Vobis Nomina nota satis).
 An in Pentametro possit brevis esse prioris
 Nempe Hemistichii Syllaba quæ remanet?
 Germanicis fisci respondent ambo negando,
 Atque suum Rhenium sæpius Ore crepant,
 Non ita, cui lectus persæpe Tibullus & Umbertus
 Non ita, cui lectus sæpe Carullus erit:
 Non ita, cui Vatum sunt vasta Volumina nota,
 Et qui Nasonis Carmina docta probat,
 Mons alia his longe est, & dicunt: *Syllaba prima
 Pentametri remanens & brevis esse potest.*
 Constat enim scite clarum cecinisse Catullum:
Perspecta est igitur unica Amicitia.
 Sic constat pariter quondam cecinisse Tibullum:
Laqueus & mistus obriguisset Liquor.

Lasci.

Lascivus Calclum quibus ipse Propertius addit:
Vinceris aut vincis hæc in Amore Rota est.
 Quin alibi lepidus canit hicce Poëta vicissim:
Aut Pudor ingenuus aut retinendus Amor.
 Insuper hoc firmat Pelignæ Gloria Gentis,
 Qui Vatum Princeps ingeniosus erat,
 Aurea ceu constat, qui vidit Secla proinde
 Et cunctishodie Vatribus *Ἄντὸς ἔφα,*
 Hic mihi Pentametros imitandos esse reliquit:
Nomen Amicitia Nomen inane fuit;
Qui dederit primus Oscula Victor erit:
Thessalicamque adiit Hospes Achillis Humum.
 Hosce Duces sequitur Taubmannus, Carmine quon-
 dam

Felici clarus, sapius atque probat.
 Volve Gynæceum, quod texuit, atque revolve,
 Hos ibi Pentametros, quod scio, quinque leges:
Et Capii fabricat hinc quoque Tela tuo.
Femine ut unius Os memorare queam.
Hoftibus eveniat utraque, nulla mihi.
Quo Numini valeat, aspera Lamna novi,
Callidus ut multum es, ex Ape sume tuam:
 Non opus Exemplis Res pluribus hæce probetur,
 Omnibus è dictis utpote nota fatis.
 Ergo fidendum est, simul est tamen ante videndum,
 Cui tuto possis fidere Grammatico.
 Utque negat Rhenius remanentem corripiendam,
 Sic negat hic alibi, quod tamen alter ait.
 Producentur Obe Rhenio, fermeque fereque,
 Quæ contra Grünberg asserit ancipites (*)
 Sic de Voce Fame notum, quid sentiat idem,
 Dum Fame dicendum non dubitanter ait.
 Sunt, qui contendunt quoque, primam in Voce Re-
 plere
 Esse Brevem tantum: sed secus undecimo

Ænci-

(*) Poëtica nova & reformata p. n. 26.

Aeneidum Libro sentit latialis *Homerus*
 (*Innuo Virgillum*) dum canit hocce *Modo*:
Primus ades: sed non replenda est Curia Verbis.
 (*Arrige Mome Aurem nec mea carpe Metra!*)
Nobile Par Fratrum, posthac nolito crepare
 Grammaticos, crebro fallere quippe queunt.
 Grammatici certant, & jam chartacea Bella
 Dudum gesferunt & sine fine gerent.
 Urque fuit dudum dubio sub *Judice Lis* hæc,
 Crede mihi sub eo sic quoque semper erit.
 Grammatico, *Fratrum Par Nobile*, fide proinde,
 Sed bene cui fidas, ante vide atque Vale!
 Münchb. d. 17. Maii 1710.

XXXVIII. Dn. *Samueli Sannovio Eccles.*
Diacono ac Collegæ meo. Münchb. d. 19.
Maji 1710.

Sacra Sacro dudum quitradis Verba *Jehovæ*,
 Compater, in *Templo Dexteritate* pia.
 Quæ mihi grata fuit, fuit hæc quoque grata *Maritæ*,
 Quin fuit & *Gnatæ Litera* grata tua.
 Namque *Favore* in nos tua *Mens & Amore* referta
 Hic satis ingenue conspicienda datur.
 Ergo *Tibi Grates & dico Pectore* puro
 Et dicam semper, dum mihi *Vita* viget.
 Grata paraturus *Convivia lustrica*, nostrum
 Quod simul hic firmes *Fœdus Amicitia*.
 Solvit item *Grates*, quæ designata novellæ
 Proli *Suscepatrix*, *Filia* nostra *Tibi*,
 Sisteret hæcque lubens se præsto *Tempore dicto*,
 Ni collapsa forent proh dolor! *Ossa Lue*;
 Sed cum languescant lethali *Corpora Morbo*
Gnatæ, ceu cunctis constat in *Urbe* satis;
 Inde *Vices* ejus præscripto *Mater* obibit
Tempore, quod volui notificare *Tibi*,
 Gratulor interea ex *Animo* de *Prole* novella,
Methusalæ vivat *Tempora* longa *Senis*,

Vivat, florescat, multosque subinde Parenti
 Lætitiæ Fructus gignat utrique precor!
 In Partu Vires enervatas quoque Costæ
 Jova velit subito restituissè Tuæ.
 Et beet omnigena Te Prosperitata Tuosque,
 Commoda quo nobis lustrica Cœna fiet.

XXXVIII. *Dn. Elia Ransstien, Pastoris*
Lentzkium, d. 19. Jul. 1710.

Solvere non raro diuturna Silentia veræ
 Fœdus Amicitia, *Vir reverende*, solent,
 Ne, quod Mûnchbergæ fuit istum, Fœdus Amoris
 Solvatur penitus, pervigilare decet.
 Utque, quod ingenue fateor, quasatur honesto
 Sinceroque meum Pectus Amore Tui,
 Sic & eo motus præsentem mitto Libellum,
 Fœdus Amicitia constabilire studens.
 Accipe, ceu Signum sinceri Pectoris, illum
 Autorique Libri semper & usque fave.
 Filia Conjugium nuper mea major inivit,
 Autor Conjugii quod velit esse ratum!
 Quæris forte, cui mea sit *Theodora* Marito
 Juncta? scies postquam Carmina juncta leges:
 Votis addepium Votum, Gnatæque precare
 Gaudia mille Solo, Gaudia mille Polo.
 Conjux conspergit Te per me Rore Salutis,
 Atque refert, Pedibus sæpe quod ægra fiet,
 Cui Sors prosperior tandem splendescat, iniqua
 Sors absit longe, Debilitasque procul!
 Quæ Lingua Morbo lethali Consulis Uxor
 (Uxor commendatquam Pietatis Amor)
 Decubuit graviter Spatium semestrem vel ultra,
 Extremum Fati sustinet illa Diem.
 Nec superest, Medicis consentibus, ulla Salutis
 Spes, cui propensus summus Jova fiet!
 His Te cum Costa casta committo fideli
 Tutelæ Jovæ, *Vir reverende*, Vale!

Quin

Quin valeat Tecum Conjux, valeatque perinde
Vobiscum Soboles sic numerosa diu!

XXXIX. *Dr. Gustavo Guilielmo Hero SS.*

Tb. St. Ringerswaldam.

Quem germana Fides, Artes & Candor honestant,
Affinis merito Jure colende mihi.
Carmina quæ fudit tua Vena Poëtica, Maji
Quarta & bis decima sunt mihi Luce data.
Gaudeo Te Versu nostras pulsasse polito
Ædes, ac Mentem significasse bonam;
Sed doleo perquam, minus hoc quod Tempore nobis
Felici Vena Carmina nostra fluant,
Scire cupis Causam? Complectar plurima paucis,
Sic tamen, ut paucis dicere multa velim.
Nimirum Morbo lethali Filia major
Decubuit, nec Spes certa Salutis erat.
Hæc ubi convaleuit paulatim, affigitur ægro
Mox iterum Lecto Gnatus uterque minor.
Ipse Paroxismo correptus languida traxi
Membra diu & Pectus Tusis acerba quatit,
Angitur & Stomachi Capitisque Doloribus Uxor,
Ut petat haud raro debilitata Thorum,
Non licet hinc facili deducere Carmina Plectro,
Sed fas est Psalmos psallere Voce pia,
Atque Polo duplices in Christi Nomine Palmas
Tendere, propensus quomihî Jova fiet.
Quoque Valerudo rursus contingat abunde
Uxori, Gnatae, Filiolisque meis!
Quod placeant, tenui quæ sum modulatus Avena
Quæque Typis prostant, Carmina nostra Tibi
Lator, & Affectum Tibi servet semper eundem
Qui regit Arbitrio cuncta creata, precor.
Memorum Numero qui connumerantur inerti,
Carpunt, quæ cecini, Carmina More suo.
More suo carpant Momi, rumpantur & illis
Ilia, pergo tamen nectere Verba Modis.

Nota

Non imitabitur hæc, quæ carpit Carmina, Momus,
 Carpere nam facile est, texere difficile.
Pro Captu Lectoris habent sua Fata Libelli,
 Sic *Taubmannus* ait, ceu meminisse iuvat.
 Sic & pro Captu Lectoris Fata Libellus,
 Quem petis, *Affinis*, nunc sua noster habet.
 Si bonus est, Animum Censoris sumet honesti
 Lector, cum Librum viderit ille meum,
 Si malus est, per me ralem licet esse, quid inde?
 Turpe Viris non est displicuisse malis.
 Tu modo, quem junxi presentibus hisce, favente
 Accipe Fronte meum, *dulcis Amice*, Librum.
 Hunc Tibi transmitto gratis, simul obsecro, dantis
 Respicias Animum, non ita Dona mea.
 Insuper & grator mihi, quod contingat Amicum
 Nosse hunc, qui natus non mihi notus erat,
 Ignoscoque proia facilis me corripienti,
 Ignoti quoniam nulla Cupido fuit.
 Perge & compella Versu me sæpe latino,
 Ad respondendum Dextra parata Tibi.
 His Umbrae Jovæ, Nutu qui temperat Orbem,
 Te nunc commendo & pectore dico: Vale!
 Münchb. d. 7. Calendarum Junii 1710.

XL. *Dn. Samueli Fabricio Pastori*
Micro - Bernoam.

GRatia, Fama, Valetudo, contingat abunde
 Compatri ex Voro, *Vir reverendo*, Tibi &
 Grammata misa docent, Te suscepisse venustam
 E chara nuper Conjuge Filiolam.
 Grammata misa vocant idcirco ad Munia sancta
 Me Susceptoris mox subeunda pie.
 Grammata misa simul referunt, quod iustica Mensa
 Tunc sit Compatribus lauta paranda tuis.
 Ingenuè dicam, quod sentio; *Compater* Aures
 Paulisper nobis arrige quæso tuas.

Ex Animo primum Sobolem Tibi gratulor , utque
 Illa diu tereti vivat in Orbe precor.
 Inprimis sit grata DEO, sit chara Parenti,
 Sit Laudi Generi, sit quoque Gaudio Avis!
 Sentiat & facilem enervata Puerpera Jovam,
 Qui Vires ægræ restituatque brevi,
 Quique diu servet Genitorem & roboret illum,
 Audiat vt porro *Pædopœta* bonus.
 Hoc mihi Cognomen, quod non erit Ominis expers,
 Prædicat dudum, *Vir reverende*, tuum.
 Nec dubitare finit me, quin Πολυτρικυια crebrâ
 Prole tuum Patrem, Te Patre, reddat Avum.
 Fiat iofiat: rata sunt præcamina nostra!
 Sis *Faber* Ingenio! Sis *Faber* in Gremio!
 Munere Compatri præscripto Tempore fungar
 Ipse quidem præfens concomitante DEO.
 Concomitante DEO certo, ast Uxore relicta
 Ad Te portabit me generosus Equus.
 Nam propter Messem fas est absente Marito
 Prospiciat Domui fida Marita suæ,
 Quo præfens Servo Servæque cuique fideli
 Pensa queat prudens distribuisse sua.
 Quin mea, quæ Matristrahit Ubera, Filia parva
 Flendo instat: *Genetrix chara maneto Domi!*
 Sic fatur lacrymans, & Matrem flestit abunde,
 Dixerit ut subito: Filia chara tuis
 Pone Modum Lacrymis! En adsum Mater amanda
 Atque tuo Fletu mota manebo Domi!
 Ergo adero vinctus vel quadrupedante Caballo,
 Ceu dictum, solus concomitante DEO,
 Matureque satis: Quoniam, quem dico Caballum,
 Non est ignavus nec Pede stlembus Equus;
 Sed generosus & intrepidus, qui verberat Auras
 Calce, tremitque Artus, Auribus atque micat,
 Et qui stare Loco nescit, qui Naribus Ignem
 Spirat, cui Calcar subdere duco nefas.

D

Hunc

Hunc equitando, DEO Duce, certo quattuor intra
 Horarum Spatium Tecta subintro tua.
 Prandia Compatribus sed forte parare laboras?
 Laudo Conatum *Vir reverende*, tuum.
 Munere quisquis enim dignus Compatriis habetur,
 Judice me, Mensa dignus & ille tua est,
 Prandia nec renuam tua Iustrica, *Amice*, rogatus,
 Si sint lauta minus, sed bona, sed modica,
 Non ego cænabo, ut cænavit *Apitius* olim,
Diogenis Mensam nec tamen inde probo.
 Alter in Excessu graviter peccavit & audit
 Jure proin cunctis Dilapidator Opum,
 Contra in Defectu pariter peccavit & alter,
 Dum vixit plane sordidus atque tenax.
Compater exponam, quæ sit Sententia nostra
 De Cænis, placidus Tu mea Verba cape.
 Scilicet hauriquam mihi gliscera Mensa probatur,
 Quod Stomacho pariat Tædia longa meo.
 Sufficiunt contra Naturæ Ferula pauca,
 Si decorat Facies Hospitis illa boni.
 Non curo Carnes asfaras, Carpio præstat,
 Nec mea Cura Lepus, sed mea Cura Lupus,
 Caseus inprimis solet arridere Palato,
 Qui si pinguis erit, sat mihi charus erit.
 Si Mensam Panis, Pisces & Caseus ornant,
 Est ornata satis, cætera curo nihil.
 Raro jejunos Stomachus vulgaria temnit,
 Deliciæ at saturo Tædia sæpe creant.
 Sed qualem promet mihi tum tua Cella Liquorem
 Cum tua præscripto Tecta subintro Dic?
 Vina Falerna absint, absint Ariusia Vina,
 Inflamman quoniam Viscera nostra nimis.
 Vina adsint contra, quæ gignit Patria, Mensæ,
 Ferventi Stomacho, quod minus hæcce nocent.
 Præterea Vinum plane detestor adustum,
 Namque solet multis accelerare Necem.

Depre-

Deprecor & potum, mea qui titubantia Membra
 Reddit, amo contra qui levat usque Sirim.
 Sic, male qui coctus, Potum Natura perinde
 Horrescit, Stomachum quod nimis ille gravat,
 Sicuti fat mollit nostrum Cerevisia Ventrem,
 Quæ bene cocta diu, quæ veterata diu;
 Sic male cocta inflat, Substillum provocat eheu!
 Gignit & Humores & *Miserere mei*, *
 Deprecor hanc igitur, sed non ego deprecor illam,
 Utpote quæ faciet Pocula grata mihi.
 Hæc dum scribuntur, dum facta est Mentio Potus,
 En subito in Mentem tum venit hocce mihi,
 Quod Te nequaquam volui celare Sacerdos,
 Per multum quoniam credo referre tua.
 Non tangant Mensam *Fletz, Peltzlapp, sordida Kuckuk,*
 Nec Rasitrum (quo nil sordius esse solet)
 Nec *Puff, nec Püffel, nec Schæps, nec Bulle* (bibentem,
 Quippe fero Cornu sæpius illa ferit.)
 Sed Cerevisia quæ Præconia summa meretur,
 Quam *Ruppinenses* suppeditare solent:
 Aut quam fat lapidam braxat *Serveſta* celebris
 Nec Tibi solventi Præmia iusta negat:
 Aut Laribus vicina tuis Urbs inclyta *Bernau,*
 Quam coquit & cuivis venditat Aere lubens,
 Arridet fateor præ multis hæcce Palato,
 Arridebit & hæc Hospitibus reliquis.
 Nec tamen idcirco plus quam Præcordia poscunt,
 Hospes crede bibet. Copia cuique nocet:
 Næ nocet hæc Stomacho, nocet hæc Capitique perinde,
 Hæc nocet Ingenio semper & usque bono:
 Hæc Clero, Medico, nocet hæc quoque Jureperito,
 Et facit, ut crebro Bestia fiat Homo.
 Hanc ego detestor, Medium sed diligo: quodsi
 Hoc commendatur Iustrica Cæna, fat est,

* Sic Medicis audit Passio Iliaca.

Grandævum jubeo multum salvere Parentem,
 Deque Nepote illi gratulor hocce novo,
 Ac precor, ut vegetus respiret, donec eundem
 Hicce Nepos clara Voce salutet Avum!
 Hic Finem facio scribendi, Teque valere
 Cum Costa jubeo, *Vir reverende*, diu!
 Sic simul, in quo stat dilecti Cura Parentis
Πε τὸ γένος degat sospes in Orbe uer.
 Quamque dedit nuper Sobolem conservet Olympi
 Rex itidem firmis Viribus ipse Tibi,
 Sæpius ut charæ Genetrici ludat in Ulnis,
 Sæpius ut Barbam mulceat illa Patri.
 Quin Cælum Votis enerabo, ut dicit Jova
 Porro tuam multa Posteritate Dæmum!
 Sic magis atque magis felix eris atque beatus,
 Pectore quod toto semper & usque vovet
 Ille tuos tenus hac non ultimus inter Amicos,
 Ille Tui flagrans totus Amore

Münchb. d. 9. Aug. 1710.

Colhard.

Fabricio subito tradantur Grammata nostra,
 Dogmata quem Jovæ tradere sacra juvat
Micro-Bernoæ.

XLI. *Generoso Dn. Christophoro de Höslin,*
Patritio Augustano Francofurtum.

Litera *Francofurtum* felici Sidere curre,
 Et pulsa *de Höslin* terque quaterque Fores.
 Quærenti? quis adest? responde Voce sonora:
 Litera sum, mittit quam Tibi chara Manus,
 Namque redux factus non ultimus inter Amicos,
 Quos Fortuna Tibi junxit in hisce Locis,
 Nempe *Colhard*, Pastor, per me gemmante Salutis
 Te *Dominum de Höslin* spargere Rore jubet,
 Proque sibi exhibitis Benefactis solvit & idem
 Grates, dumspirat, Corde calente Tibi.

Quippe

Quippe refecisti Vires languentis Amicū
 Pane, Cibo, Vino, Cervisiaque bona.
 Et curavisti, quo cæca Noctæ cubarent
 Illius in molli molliter Ossa Thoro.
 Ergo Tibi Grates jam cantat Corde. Referre
 Non valet: Inde manet Debitor ille tuus.
 Idem qui nuper blando sua Gaudia Vultu
 Edidit, hic Lacrymis mox rigat Ora redux.
 Scire cupis causam, subita immutatio Mentis
 Quid velit hæcce sibi? Commemorabo lubens:
Risit, quod Partu felici fecerit illum
 Prole satis pulchra Filia nuper *Amum*.
 Sed *lamentatur*, quod cum rediisset in Urbem
 Audit ex chara Conjuge triste Melos:
 Nempe DIE Lunæ fatali Clade Caballus *d. 18. Aug.*
 Spem præter cecidit succubuitque Neci.
 Namque Bidente Animal Servus percusserat atrox
 Mortuus ut misere sit generosus Equus.
 Hæc postquam Conjux inter Suspiria narrat,
 Absque Mora accersit tunc herus *ἰσπαράνονον*,
 Furcifer, inquit Herus, quæte Dementia cepit?
 Cur Lumbos duplici Vulnere cædis Equi?
 Aufert, non infert Damnum bonus atque fidelis
 Servus & avertit, qua ratione potest;
 Tu contra generosum interficis ipse Caballum,
 Qui bonus & sanus, nec Pede stlembus erat?
 Quid facient Hostes, audet cum talia Servus,
 Qui Famem Domini Pane Ciboque levat?
 Restituendus Equus Domino est: Dic, unde petendum
 Aes erit? Aere caret namque Crumena tua.
 Sed careas licet Aere, luas in Corpore, Bosque
 Insultet Dorso mortuus ipse tuo.
 Et merito duro censetur Verbere dignus
 Servus, qui duro Verbere digna patrat.
 Quid tandem? Motos præstat componere Fluctus.
ἰσπαράνονον Facti poenitet atque pudet,

Quin sua vel Lacrymis humectat grandibus Ora,
 Hisque movetur Herus parcat ut *ἰσπασσόνω*.
 Hæc κακὰ κακὰ cito portet tua Charta Zibingam,
 Resciat ut Soceri Fata sinistra Gener.
 Quod superest unum per me *Patrone* modesto
 Te monet & valde Te rogat ipse *Colbard*:
 Si Te fortassis nostram Via ducat in Urbem,
 Ne sua prætercas vilia Tecta Casæ.
 Prandia si nequeat Tibi laura parare, Tabaci
 Fistula supplebit, *Fautor amande*, Locum,
 Plura licet vellem, non possum plura referre,
 Litera nam iuris non, mihi crede, sui est,
 Utpote quæ narrat, quæ committuntur eidem,
 Non commissa sibi Charta referre nequit.
 Votum Pace tua liceat tamen addere, *Fautor*,
 Quod per me fundit Corde calente *φίλος*:
 Scilicet ut faveas charo constanter Amico,
 Quique Viro juncti Sanguine sunt, foveas,
 Sis ubi sis, turus sub Jovæ Umbone quiescās,
 Vivas, florescas sospes in Orbe diu!
 Quin si quid pia Vota valent, quæ Jovæ secundet,
 Vel de *Höslin* videat Nestoris ipse Dies!
 Eligat atque brevi, casto devictus Amore,
 Dicere cui possit: *Tu mihi sola places!*

XLII. Dn. J. S. A. M. P. T. d. 13. Sept. 1710.

Quæ mihi sinceris Votis plenissima Charta
 Tradita scæminea, *Fautor amande*, Manu,
 Hanc satis attente legi, bis terque relegi,
 Quo caperem Mentem rectius inde tuam.
 Corde fero fufis pro Votis Vota vicissim,
 Quæ precor æternus colligat ipse DEUS,
 Incolumesque Tuos Tibi præstet semper, & idem
 Te quoque conservet Tempora longa Tuis!
 Ut referam rogitas, qualem se geserit inter
 Nös Virgo, cujus Nomen, *Amice*, vocas?

Impri-

Inprimis utrum hæc teneat *P.* quinque, fietque
 Cum *pia*, tum *prudens*, *pulchra*, *pu dica*, *potens*?
 Quod Res est dicam, Nimirum hæc Virgo Pyropis
 Virtutum nitidis est decorata probe,
 Inter Virgineos ut sit Fax splendida Cætus,
 Quæ toti Palmam præripit inde Choro.
 Namque *pia* & *prudens* & *pulchra* est atque *pu dica*,
 At dolor! ut memini, non erit illa *potens*.
 Postremum minus his solet arridere, repositum
 Qui *πολυεπίδητος* *Mente* subinde tenent:
Gratior est Virgo numerosa prædita Dote
Ac nummis Formæ conciliatur Amor.
 Sed tamen idcirco, careat quod Dote Puella,
 Non erit infelix, qui peter hancce Procus.
 Utilis est Pietas ad cuncta! Et Virgo proinde
 Est dotata satis, cui Decus Ore niter:
 Castum quippe Thorum decorat ceu Costa pu dica,
 Et curat magna Sedulitate Domum.
 Hocce Laconismo volui Tibi, *Fautor amande*,
 Plurima, sed soli scribere subque Rosa.
 Si quis forte Procus velit hanc ambire Puellam,
 Næ recte Rebus consulat ille suis,
 Non gemebundus enim post verba pathetica reddere
Pænitet heu Facti, quin piget atque pudet!
 Sed, tua Polliciti nisi Pondere Verba carebunt,
 Ad nos Te ducet Semita trita brevi.
 Quo facto dabitur, coram tum plura loquendi
 Hac de Re Tecum, Copia ferre mihi.
 Propterea nostras jam finio, Teque valere
 Atque Tuos jubeo, *Fautor amande*, diu!

XLIII. *Dn. Carolo Edzardo Bœdikero, Verbz
 divini Ministro. Wriexenam.*

DUm Via Symmystam florentem ducit in Urbem,
 Urbem, quam dicunt *Wriexen*, Amice puto;
 D 4 Line-

Lineolis volui perpaucis, Corpore recte
 Quod tenuis hac valeam, significare Tibi,
 Non ita Conjugii mihi quæ sociata Catena:
 Non ita Conjugii Pignora chara mei:
 Hæc dum vexantur Morbillis, illa potestur
 Optata nunquam Nocte Quiete frui.
 Hinc illæ Lacrymæ! Languent hinc Corpora Morbo!
 Oraque Pallor obit Conjugis inde meæ.
 Sed dabit his Finem vel tandem summus Iova,
 Proli ut contingat cum Genetrice Salus.
 Quod superest parvum Tibi Dono mitto Libellum,
 Pastor, & ut capias Fronte favente peto.
 Cujus si videas quædam Delicta, memento,
 Munia huic Limam sancta negasse suam.
 Sit tamen Indicio Tibi, quod non immemor esse
 Absens ipse tui, *Vir reverende*, velim.
 Contra si Votis optatis annuis, absens
 Ipse velis itidem Tu memor esse mei,
 Atque DEO calida Prece commendare Salutem
 Nostram, qui vestram supplice Voce peto.
 Et sic impono Colophonem *γεραιμων*, utque
 Pancraticè valeas Secula multa, precor!
 Sic valeat Vinclo Tibi quæ sociata jugali,
 In Cunis valeat sic tener ipse Puer!
 Münchb. d. 28. Octob. 1710.

XLIV. Dn. *Johanni Schlottmanno, Pastori*
Primario. Bucoviam, d. 11. Nov. 1710.

CRas cum se Gremio Terrarum candida reddet
 Lux, ad Te veniam concomitante DEO,
 Clarius ut coram Tibi Mentem exponere possim
 In Re, quam Calamo credere subdubito.
 Prandia curabis, sed non sint Prandia lauta,
 Contentus paucis vivere quippe queo.
 Si me audis, Mensæ ponantur Oluscula Lardo
 Uncta satis pingui, *Vir reverende*, tuæ.

Hæc

Hæc post excipiat, quæ Martinalia circa
 Asfolet esse frequens, Anferis asfa Caro.
 Caseus & Panis simul adsint, optima fanis
 Fercula, cum Potu quem tua Cella dabit.
 Sufficiunt certe mihi talia Prandia Pastor.
 Sufficiunt eadem credo perinde Tibi,
 Interea valeas! Valcat quæ nuper Amico
 Est Tibi juncta Thoro Sponsa venusta diu!
 Succesfus lætos & plus quam prospera Fata
 Pastor in his Tædis experiare novis!

XLV. *Dn. Gustavo Guilielmo Hero SS. Tb.*
St. Ringenwaldam.

NON mea Musa canit felici Carmina Vena,
 Cum jactanda Manu lata per Arva Ceres.
 Sexta resurgebant orientis Cornua Lunæ,
 Cum tua nos adiit Litera misa prior.
 Non ego respondi, fateor, Labor actus in Orbem
 Tum rediens quoniam memet in Arva vocat.
 Inde quoad Messis duravit opima fuerunt,
 Scribendis Chartis Otia demta mihi:
 Quin Labor ἰγνυλιος, Ratio quem Muneris urget,
 Et strictum Calamum reddere sæpe solet.
 Ergo dabis Veniam, quod non retulere priora
 Γεῦματα Responsum vestra repente meum.
 Junius in Culpa atque in Culpa Julius hærent,
 Ille ferit Semen, sed merit alter idem.
 Temporis inde fuit Ratio presentis habenda,
 Fasque fuit Nidos composuisse bonos.
 Fas fuit & sacro, cui me præfecit Jöva,
 Officio pariter rite vacare meo.
 Interea affirmo sancte, transmisfa fuisse,
 Affinis, perquam γεύματα grata mihi:
 Ut Desiderio tenear flagrante videndi
 Te, cujus lecta est tertia Charta mihi!

Fac, ne Polliciti careant tua Pondere Verba,
 Ac invise brevi, si placet, ipse tuum
 Münchb. d. 14. Nov. 1710. Colhardum
 Hæc Juveni, doctæ qui magna est Gloria Turbæ,
 Heroi pateant Grammata nostra cito
 Ringenwaldæ,

XLVI. *Dn. Jobanni Schlottmanno, Pastori*
Primario. Bucoviam, d. 15. Nov. 1710.

Quæ fuit undecimo mea Litera scripta Novembris,
 Errabunda tuos appulit illa Lares.
 Cum quæsitus enim mihi Nuncius Ore negasset,
 Prædefinita Te fore Luce Domi,
 Sed *Damerstorffi* tunc esse Negotia sancta
 (Quæ vocat ille *yeuss*) expediunda Tibi;
 En ab eo repetit commissam Dexterâ Chartam,
 Nec plane ingredior, quod meditabar, Iter.
 Ex Animo repetita fugit mox Charta, reposta ut
 Amplius haut ubi sit, commeminisæ queam,
 Usque *Veredorum* dum Grammata nostra *Magister*
 In Mensâ dicit se reperisæ sua,
 Mercurioque, Tibi perferret ut ista, dedisæ,
 Limina cum vestri rangeret Oppiduli.
 Obstupeo, mihi dum referuntur talia, namque
 Terminus effluxit, Grammati nil opus est.
 Tu dabis Errori Veniam, quam quærit Amicus,
 Chartaque si præsens impetrat hancce, sat est.
 Has dum Scriptura cupio finire Tabellas,
 Pulsantur subito terque quaterque Fores.
 Quærenti: Quis adest? Se sistit tristis Anicla,
 Atque refert. *Schlottmann languida Membra trahit!*
 Qui per me grato conspergit Rore Salutis,
 Teque tuosque, Domus quos-tua-cunque capit,
 Ac petit, ut sua eras, Jova Duce & Auspice Christo,
 Munia *Damstorffi* sustinuisæ velis.
 Annuo: (Namque nefas dare fractis duco Repulsam,
 Humana a me qui non aliena puto) Polli-

Polliceorque simul, me præsto mane futurum,
 Quo fiant, tua quæ *Filia* chara petit.
 Nec mea Polliciti caruerunt Pondere Verba,
 Quod pariter volui notificare Tibi.
Convaleas Ope quæso *DEI*, vigeas, valeasque,
 Tradere quo præsens Dogmata sacra queas!
Convaleas! Tecum sic casta marita valebit,
 Ac exultabunt Pignora chara *Thori!*

XLVII. *Filio, Christophoro Adolpho Colbar-*
do, Scholari. Spandoam, d. 2. Dec. 1710.

Scripta Calendarum bis quinta Luce Decembris
 Disticha bina, brevi post adiere Patrem.
 Narrant nempe tuam mire ægrotare Crumenam,
 Ac nullum in Loculis Aes superesse tuis.
 Legi, quæ narras, non te tamen Aere juvare
 Possum, quod mihi non Dextra sit Aere gravis,
 Metiri ergo tuo temet Modulo ac *Pede* discas,
 Nec quod opus, sed emas, quæque necesse tibi.
 Res Angusta Domi, Res est, mihi crede, Scholari
 Utilis, à Vitiis nam revocare solet.
 Sedulus ut totus Studiis incumbat honestis,
 Ac tandem cieat Gaudia mille Patri.
 Contra Res Augusta Domi Res sæpe Scholari,
 Ceu patet Exemplis, pernitiōsa fuit.
 Luxuriant Animi Rebus plerumque fecundis.
 Aere Scholaris item luxuriare solet,
 Pocula plena Libris ut præferat, atque *Vacunæ*,
 Immemor Officii, gnaviter inde lierit,
 Nec Patri studeat par cultis Moribus esse,
 Sed malit Generi Dedecus esse suo.
 Ergo tua vivas contentus Sorte, Scopoque
 Impiger attendas! Sis Pietatis amans!
 Sisque tuis nunquam, moneo, Monitoribus asper,
 Corde sed extollas, Obssequioque colas!
 Promptior ut facias, hoc crebro *Mente* voluta,
 Esse Viros, Curæ queis tua, *Guate*, Salus, Et

Et qui desudant, reddaris ut Arte politus,
 Sicque DEO gratus, charus & inde Bonis.
 Sola *Dei Gratia* sit semper Gratia tecum,
 Ac, ubicunque fies, te regat atque tegat!

XLVIII. *In Nuptias Semi - seculares Dn.
 Christophori Schmidii, Med. Doct. Physici ac Con-
 sulis Berolinensis, & Dnæ. Melosinæ Marticiæ 1710.
 d. 27. Nov. die inter Plausus Amicorum ite-
 ratas Gratulatio.*

Vincula Conjugii sacra. quæ Violentia Mortis
 Ex imperato rumpere sæpe solet,
 Lux (raro Exemplo!) nuper ter nona Novembris
 Berolini nectit firmius atque ligat
 Ingenio Schmidius Vir præstans atque peritus
 Artis Pæoniæ, Consilioque potens,
 Quam sibi Marticiam jam dudum junxit Amicam
 Conjugio Juvenis, diligit hancce Senex:
 Et Melosina sibi Schmidium quem Virgo Maritum
 Delegit quondam, nunc quoque mulcet Anus.
 Hinc post Lustra decem renovantur Nuptiæ Amicæ
 Turmatimque ferunt Pectore Vota pia,
 Nobile quod tenus hac per tot Discrimina Rerum
 Hoc par tutatus summus Jöva fuit,
 Quod dedit huic Victum, quod & huic adjecit Ami-
 ctum,

Et benedixit Ei Prole, Nepote, Domo.
 Si fas & licitum est, interstrepit Anser Olori
 Conjugibusque ferat Vota secunda piis,
 Protinus his Tædis Schmidianis gratulor, Annos
 Utque senis superent Nestoris ambo precor.
 Sint simul à variis immunia Corpora Morbis,
 Vita diu, sed Mors non nisi fera fiet!
 Gaudia contingant & abundans Copia Rerum,
 Inque Quiete Salus, inque Salute Quies.

Affluat

Affuat in Senio Senibus Benedictio Jovæ,
 Illorumque angant Nubila nulla Genus.
 Sed multi ex genita succedant Prole Nepotes,
 Spes ubi decollat Proles utrinque novæ.
 Et quoniam certo moriendum est omnibus olim,
 Hos simul è Vita *Mors* in Amore vocer.
 Laus in Amore mori non est, si turpe quid audes,
 Si sit honestus Amor, Laus in Amore mori.
 Interea dignus Thorus hic Annalibus, atque
 Inkar Miraculi semper habendus erit:
 Secula nam quando Par tale futura videbunt,
 Quod post Lustra decem sic sacra Vincla liget?

XLIX. *Filio, Christophoro Adolpho Colbar-*
do, Scholari. Spandoam.

ESt mihi Berlinum venienti Charta repente
 A Genero in Dextram tradita, *Gnate*, tua.
 Hacce sub Auspicio fers Anni Vota Parenti,
 Omnipotens jubeat quæ DEUS esse rata!
 Sed Nobis Annus qui illuxit, currat & idem
 Felici pariter Tramite, *Gnate*, Tibi,
 Atque tuis Studiis ferat Incrementa subinde,
 Solliciti fallas ne pia Vota Patris.
 Votiva te nunc pro Strena dono Thalero,
 Utque bene impendas opto, rogo, moneo.
 Differo quæ restant jam scribere, Patria namque
 Ob Casum tragicum mox repetenda mihi est.
 Carnificis natu major Privigna, Parentum
 Permissu, vadit Luce sacra peregre, (d. ii. Jan.)
 Et Stagnum gelidum superambulatur, unde repente,
 Quæ concreta fuit, solvitur Unda, Gelu,
 Ut misere fuerit mox suffocata Puella,
 Cujus cras Funus flebile Terra teget.
 Hinc festino Domum, multurus Peçtora Matris,
 Flebilibus quoniam Vocibus implet Humum;
 Hoc Casu tragico solennia, *Gnate*, memento
 Sabbata cum primis sanctificare DEI, Infi-

Infimul & Glaciem vita, *Dilecte*, rigentem
 Ac Cane mordaci pejus & Angue fuge.
 Cum me ferret heri Pes extra patria Teſta
 Salvi, Noſtra Domus quos capiebat, erant:
 Salva fuit Genetrix, fuit & Soror utraque ſalva,
 Sic fuit & ſalvus Frater uterque tuus.
 Ut ſalvi maneant omnes, reducemque Parentem
 Excipiant ſalvi, fac pia Vota DEO.
 Numen ego rogitò divinum Popte flexo,
 Te ſalvum ſemper præſtet & incolumem,
 Quo Studii Telam poſſis pertexere ſalvus,
 ſalvus & ad patrios, *Gnate*, redire Lares.
 Deproperabam Coloniae cis Spream d. 12. Jan. 1711.

L. *Dn. Elia Ranſtenſi Paſtori. Lentzki-*
um d. 19. Jan. 1711.

PAſtor Oves ducens in pinguiâ Paſcua Verbi,
 Compater omnimode ſuſpiciende mihi.
 Tandem reſpiro! Tandem mihi grata Labores
 Poſt exantlatoſ Otia Jova facit!
 Otia ſed quæ ſunt aliis, non Otia mi ſunt,
 Fallerè pangendo Carmina namque juvat.
 Hinc & ad Officium, Tibi quod deberur Amico
 A me, nunc iterum ſe mea Muſa parat,
 Quæ Tibi perſolvit Grates, quod Grammaſi nuper
 Affectum placuit ſignificare tuum.
 Nam bona Verba, quibus Chartam tua Dextra notarat,
 Sat flagrare docent Peſtus Amore mei.
 Ceu Radii Solis ſuppreſſi Nubibus atris
 Reſplendefcentes nos hilarare ſolent;
 Sic etiam Splendor tranſmiſſi credo Sigilli
 (Qui hætenus Officii Nube retentus erat)
 Tandem prorumpens ac irradians Face rurfus
 Lætitie implevit Peſtora noſtra novâ.
 Det DEus, ut nunquam, quod ſpondes, Lumen Amoris
 Occidat, in memet Flamma perennis erit.

Sed

Sed Te scire juvat fortasse, quid hicce Locorum
 Acciderit tenuis hac, *Vir reverende*, novi?
 Obtinet antiquum *Münchberga*, & More proinde
 Gnaviter antiquo vivere quisque cupit.
Pugnandum est, & Martis Opus persæpe gerendum!
 Pace diu placida non datur hicce frui.
Fidendum est! Sapiens mavult diffidere, namque
 Qui fidit facilis, fallitur & facilis.
Est conversandum! Sed quo cum nescio, nam Mens,
 Quæ mihi blanditur, mox *Aconita* vomit.
 Hic bene qui latet, is sapit ac bene vivit in Urbe,
 Rarus tibi fidus Cultor Amicitia.
 Sed mitto hæc, quoniam nostrorum nosse Virorum
 Ingenium Temet, commemorasse juvat.
 Præterito nostras Anno Mors sæpe Tabernas
 Pallida pulsavit, Corpora Falce metens.
 Mollibus inprimis fuit hæc infesta Puellis
 Ac Pueris teneris, qui sine Voce jacent.
 Morbillis etenim viginti sustulit horum
 Non sine Ploratu Cordolioque Patrum.
 E Numero tantum civium sustulit unum,
Martinum Sprungen, qui Tibi notus erat.
 Consulis & Conjux Morbo vexata per Annum,
 Cui nullus potuit ferre *Machaon* Opem,
 Hæc Fatum, Vitæ pertæsa, precata subinde,
 Nunc placida pariter Morte peremta jacet.
 Conjugii quatuor desient hinc pignora Matrem,
 Et sua funereo Corda Dolore coquunt,
 Uxorem pariter dolet inde Maritus acerbe,
 Spectando Funus funereasque Faces,
 Sunt alii plures, Luctus quos occupat ingens,
 Et quorum Malas plurima Gutta rigat,
 Flebile Sandapila cernentes Funus & atram
 Mortem sub Leges hancce vocasse suas.
 Et sane Vatis *Cumææ* vincere Fata
 Nestoreosque Annes vivere digna fuit;

Sed

Sed DEUS hanc voluit ecclēsti Sede locatam
 Expleri Donis Calicolumque Bonis,
 Quæ non invideo Defunctæ; sæpe sed opto
 Fulgenti in Cælo Gaudia tanta mihi.
 Septima quum Jani nuper Lux orta fuisset,
 Me Sanguis Facibus jusit adesse sacris,
 Namque *Veredorum Præfectus* Fœdera firmat
 Cum *Schlichtiu* lecta Virgine grata Thori,
 Queis DEUS omnipotens faveat, Thalamumque co-
 ronet

(Si mea Vota valent) Fertilitate novum!
 Nil ita namque jugat Sponfos, quam Cædor Amoris;
 Et Soboles fido multiplicata Thoro.
 Faxit utrumque DEus! Sit Tæda beata jugalis!
 Conjugibusque sient prospera Fata diu!
 Ore salutavi, tua quos donare Salute
 Grammata dixerunt, *dulcis Amice, Viros,*
 Quos inter lepidum Caput illud, nempe *Pudorem;*
 Est idem, pridem qui fuit ille, bonus;
 Læta suo rursus Tibi Nomine Verba referri
 Jusit, & ut fervet Te DEus usque vovet.
 Sic *Collega, Diæcesani* sic quoque cuncti
 Exoptant pariter Fata secunda Tibi.
 Quin mea Costa Tibi dicit memori Ore Salutem,
 Nam fuit inprimis huic tua grata Salas,
 Finio cum Voto, novus ut feliciter Annus
 Currat, currendo prospera quæque vehat,
 Incolumisque diu præsis, Duce & Auspice Christo,
 Officio Pastor, Filiolisque Pater,
 Uxori fidæ fidusque perinde Maritus!
 Annuat huic Voto, qui regit Altra DEus!

LI. *Da. Job. Petro Thilen, J. U. D. Profes-*
sori Publ. Extraordinario & Consuli Francof.

DOcte *Thilene* Soli patrii clarissima Lampas,
 Ingens Aonidum Pieridumque Decus,

Acci-

Accipe præsentem, quam festinanter aravit
 Chartam, quamque Tibi mittit amica *Manus*,
 Hanc Vena quamvis exili nostra *Thalia*
 Fuderit, inde tamen Fronte favente leges.
 Audio nimirum, socii Te nuper (*Amore*
 Vel tandem victum) *Fœdus* inisse *Thori* :
 Audio Te *Spartam* quoque commutasse priorem,
 Ac hodie fungi *Consulis* Officio :
 Horum *Fama* meas postquam perreptat ad *Aures*,
 Exulto totus *Lætitiæ*que fremo.
 Non igitur, bona *Verba* Tibi si dicat *Amicus*,
 Captus *Amore* Tui, displicuisse potest.
 Cui si forte suam nunquam pergrata levarit
Bellerophonteo Fonte *Thalia* Sitim ;
 Non ideo spernes, quoniam spectanda *Voluntas*,
 Non vis est, *Fautor*, eum mea *Metra* legis.
 Ut lætor vere, quod *Consul*, quodque *Maritus*
 Audis, sic vere grator utrumque Tibi.
 Esto, quod es *Consul* ! *Spartam*, quam nactus es, orna
Consilio, & fida *Dexteritate* juva.
Lex Tibi sit *suprema* *Salus* *Patriæ* *Populique*,
Auspicio *Consul* quem *regis* ipse *Dei*.
 Quæ *Pater* ante tuus *Vestigia* presit amandus,
 Dum *Fasces* gesit *Consulis* ille *boni*.
 His insiste, & quam de Te tua *Patria* cepit,
 Hancce *novis* *Orsis* *Spem* *superare* stude.
 Ut *prosis* *multis*, *consulto* *Compater*, *obis*
Nulli, sit *semper* *Meta* *Scopusque* Tibi.
Consule Te *vireat* *Pax* & *Concordia* in *Urbe* !
Consule Te *vigeant* *Curia*, *Templa*, *Schola* !
Subscribat *Voto* *Deus*, ac *fortunet* *Honores* !
Adsit *Consilio*, *prosit* & *Auxilio* !
Vive *diu* ! sed *vive* *Deo*, *Patriæ*que *Saluti* !
Sicque *Thilenorum* *Fama* *perennis* erit.
 Esto, quod es, *Consul*. Sed & esto *perinde* *Maritus*,
 Cui *venit* in *Thalamum* *Sponsa* *petita* suam,

Illa Viri Confors Rebus Solamen in artibus
 (Experto credas) tristia Damna levat,
 Illa Thorii Socium merito veneratur Honore,
 Ejus & à Nuru pendet & Ore lubens:
 Illa Columna Domus & Gloria, Corque Mariti,
 Cui Mentis tuto credere Sensa licet.
 Talis vel tandem Tibi, *Doëtor*, contigit Uxor,
 Quæ perfecte Animi Dotibus hisce nitet,
 Quæque erit in Vita, media quoque Morte Levamen,
 Firma Columna foris, blanda Columba Domi.
 Vel tandem, inquam: Cur? Quæfisti ex millibus
 unam,
 Quæ Domui possit rite præesse tuæ.
 Sat cito, si bene sat Sponsam Tibi Fœdere jungis,
 Primus Amor præceps quot mala sæpe vehit!
 Pensiculata diu dant nulli Incommoda, eorum
 Nec facile quengquam pœnituisse solet.
 Non tua Damna dabit Mora, Commoda multa se-
 quentur,
 Quæ tibi tarda licet, sed rata Fata dabunt.
 Sint rata Vota precor, Vobis benedicat jova,
 Ut stabili duret semper Amore Thorus.
Vivite concordés! Animos Discordia vestros
 Non turbet, vestras discutiatque Preces.
Vivite pacifici! Pacem quia Numina sancta
 Jusserunt summa cum Pietate coli.
Vivite felices! Cornicis vivite Secla!
 Sint vobis Aquilæ Nestoreique Dies!
 Et quæcumque Thorum faciunt Vitamque beatam
 Det Vobis larga pro Bonitate DEUS!
 Cumque Dies aderit Fatis poscentibus ille
 Qui Carnis Tenebras exuet hujus atras;
 Sidereo felix Cælo requiescat uterque
 Gaudia percipiens non moritura Poli!
 Hæc precor ex Animo, faxit rata Vota Jehova
 Multiplicetque suo Vota Favore mea!

Quæ

Quæ Facies hodie Rerum me tangat & angat
 Vel paucis referam, *Docte Patrone*, Tibi.
 Sunt fateor per sæpe Bonis Mala plurima mixta,
 Rursus & haut raro sunt Bona mixta Malis.
 Obtinet antiquum Mundus, solitoque proinde
 More *Suos* perquam diligit atque *Sues*.
 Vivo juvante DEO tamen hic cum Conjuge sospes,
 Sic vivunt Gnatae Filiolique mei.
 Spandoæ major sic vivit Filius, atque
 Dat Musis Operam sedulus ipse sacris,
 Spemque facit certam, quod tandem aliquando fu-
 turus

Sit talis, qualis cognitus inde fuit.
 Quæque Viro nupsit *Berlini* Filia, nuper
 Scripsit quod pariter Corpore sana fiet.
 Sic DEus, in cujus Manibus Sors nostra reposita est,
 Nos porro servet pro Bonitate sua,
 Det simul & Pacem nobis & in Urbe & in Orbe,
 Urbs ac Orbis enim Pace vigente vigent.
 Sed fragiles Calamo nimium lasavimus Artus
 Ut Manus Officium longius ægra neget.
 Ergo salutata peramanter Nomine nostro
 Conjugii Socia, *Fautor amande*, tua,
 Tute diu valeas, evedtus & altior idem
 Qui pridem maneat, sis memor atque tui
 Münchb. d. 8. Iduum Febr. 1711.

Colhardi.

LII. *Generoso Dn. Wilhelmo à Tettau, Came-*
rario Regio & Satrapæ Insterburgensi.
Berolinum.

Tettau, Nobilium clarissima Lampas, abunde
 Gratia contingat, Fama, Salusque Tibi!
 Dulcia sepositis agitavi Gaudia Curis
 Grammasi perlectis, *Docte Patrone*, tuis.
 E 2. Angliæ

Anglia queis quoniam sua Munere junxerat, inde
 Gaudia cum Plausu sunt duplicata mea.
 Transmissum Donum postquam Syringa probavit,
 Collaudat Terram Virginiumque Solum;
 Utque sibi ferat hinc gustandum sæpe Tabacum
 Mercurius, Votis expetit illa suis.
 Non equidem inficior, Præconia digna mereri
 Nicotium, quem fert hic bene cultus Ager,
 Reddit enim Somnum placidum, feliciter Alvum
 Promovet, ac Visum magnopere exacuit;
 Attamen est multo (nam verum dicere fas est)
 Viribus inferior Virginioque minor.
 Hinc mihi Virginii quæ Copia rara Tabaci
 Contigit Auspicio, *Vir Generose*, Tuo,
 Me monet, ut Grates grato pro Munere dicam,
 Copia mi postquam nulla referre datur.
 Ergo Tibi Grates, quas possum, dico: referre
 Cum nequeam. maneo Debitor usque Tuus.
 Insimul hos voveo Flores concedat abunde
 Anglia prædives, *Satrapa*, sæpe Tibi.
 Sic nullus dubito, quin sit factura Clientem
 Illorum rursus Dextera participem.
 Quodsi contingat nostram transire per Urbem,
 Ne mea prætereas Tecta, *Patrone*, rogo.
 Prandia si nequeam Tibi lauta parare, Tabaci
 Fistula supplebit, *Magne Patrone*, Locum.
 Interea tutus sub Jovæ Umbone quiesce!
 Totus id exoptat, *Vir Generose*, Cliens.
 Monachomonti pridie Calendarum Martii. A. O. R. 1711.

LIII. Dn. M. Godofredo **Obmen**, Pastori Præ-
 sidiariorum Militum. Cüstrinum.

Multa Salus ab Eo veniat, patiando Salutem
 Qui peperit nobis, *Vir venerande*, Tibi!

Ur.

Urbem, quam dicunt Francfurtum, nuper adivi
 Nummis enturus si qua necesse mihi.
 Quæ cum Res esset confecta repente, Crumena
 Omni Spe citius deficiente mea;
 Inde, quod & quantum Solis restabat, Amicos
 Convenio charos, quos Viadrina capit.
 Inter quos unus, qui longe cognitus Usu,
 Cujus & ante Fides sæpe probata mihi,
 Hic nova multa mihi confestim narrat, ut Usus
 Fert, quando coeunt conveniuntque Boni,
 Nec sine Cordolio primum referebat, *Ebertum*
 Doctorem Juris, Pieridumque Decus,
 Qui justis tenus hac moderatus Legibus Urbem,
 Ante duos Menses occubuisse Neci,
 Fata Viri tanti, noti mihi quattuor ultra
 Lustra coquunt justo Corda Dolore mea,
 Sed mutare nefas, quod fert divina Voluntas,
 Quæ si mandarit, protinus ipse sequar.
 Sed mihi quærenti: Quis Spartam nactus *Eberti*?
 Respondet Pylades: Syndicus ipse *Thile*
 Altior evectus patriæ tenet Urbis Habenas
 Auspicio Populi, Suffragioque Patrum.
 Successor tanto, pergebat, Munere dignus,
 Quem Patriæ servet Secula multa Deus!
 Fiat! conclamo, *Thile*, quo præstantior alter
 Vix erit, is vivat Secula multa precor!
 Et sub Eo vigeat Pax & Concordia, sola
 Quæ Patriæ optatas munit & unit Opes!
 Jam valedicturum me rursum quærit Amicus:
 Quo feret hinc Pastor Te tua Planta Pedis?
 Cui regero: Recta vadam visurus Amicum
Ohmen, qui docti Gloria rara Chori.
Ohnius at non est Francfurti, ait ille vicissim,
 Cûstrini quoniam curat Ovile Dei:
 Quippe Viros, duri Martis qui Castra sequuntur,
 Illius Fidei credidit ipse Deus.

Talibus auditis, quod Amicus vera loquatur
 Pro certo primum credere vix potui.
 Hinc mirabundus quæro, quid moverit *Obmen*,
 Dulcia quod patrii liquerit Arva Soli?
 Sed quid ego miror? quid Causam quæro subinde
 Discensus subiti, *Vir reverende*, tui?
 Non nostri Arbitrii est, ubi vivere quisque velimus,
 Unicuique Locum Fata dedere suum.
 Certior hinc factus, Tibi, *Pastor amande*, dedisse
 Cüstrini fixum Fata secunda Locum,
 Affectam tacita Dulcedine mulceo Mentem,
 Et quod jamdudum sentio, dico palam:
 Nempe Tibi hanc Spartam tribuit Doctrina, Fidesque,
 Candor & Ingenii, mellifluusque Lepor.
 Hinc simul ex Animo nunc gratulor, Auspice nam-
 que,
 Sparta Tibi Christo contigit atque Duce.
 Officium Vultu præsentem suscipe, & Autor
 Officii præsto Jova futurus erit.
 Instrue, castiga, rege, consule, corrige, culpa,
 Gnaviter ac urge Religionis Opus.
 Quas fruit Insidias Lupus infernalis Ovili
 Christi, qua par est Sedulitate cave.
 Næ talem si Te præstabis, ut ominor, *Obmi*,
 Præstabis certe Te satis A^νδρῶν Θεῶν,
 Cui DEus omnipotens aderit prope Flamme sancto,
 Cujus & Eloquio Vimque Decusque dabit,
 Digna cui pariter tribuet quoque Præmia tandem,
 Præmia digna Solo, Præmia digna Polo.
 Porro si qua tui tangit Te Cura *Colhardi*,
 Voto subscribas illius huicce pio,
 Et commendatum Juvenem, qui Grammata tradit,
 Inprimis habeas de meliore Nota.
 Dignus Amore tuo est, dignusque perinde Favore,
 Quod Musas vera cum Pietate colit.

Nomi-

Nomina si quæris, *Berike* est Cognomine dictus,
 Hunc, si qua poteris Parte juvare, juva,
 Sic ut in Effectu, quod Commendatio nostra
 Grata Tibi fuerit, sentiat ille palam.
 Hisce vale, *Pastor*, Spartam quam nactus es orna
 Et Spartæ *Martham* mox quoque junge piam,
 Quæ sit per totam Custos gratisima Vitam,
 Consortis Lætitia, Tristitiæque tuæ.
 Conscia fecerit semper fidissima vestri,
 Adstans in vestris pervigil Obsequiis.
 Unus Vir, nullus Vir. Jovæ est Unio grata,
 Quippe Solum cûmulat multiplicatque Potum.
 Ergo vel tandem, quod charus svadet Amicus,
 Elige cui dicas: *Tu mihi sola places!*
 Müncheb. pridie Nonarum Martii 1711.

LIV. *Dn. Jobanni Christophoro Becmanno,*
SS. Theol. Doct. ejusdemque Prof. Ordinario
Francos.

Vir summe reverende, benigne Patrone & Amice,
 Gloria Musarum, Theiologumque Decus,
 Octiduum elapsum est, cum Temet in Aedibus ipsam
 Convenisse tuis Copia facta mihi.
 Et quia confestim paruit tum Porta petenti,
 Hinc merito Grates Pectore solvo Tibi.
 Illius Juvenis, Sermones cædere quo de
 Tum contingebat, sis precor usque memor,
 Conscriptis Patribus quo suffragantibus ille
 Damnetur Voti, Numine dante, sui.
 Me Patrocinii Scuto jam Lustra vel ante
 Quinque satis textisti, *Fautor amande*, tuo.
 Per Te namque mihi est ad Honores Semita strata,
 Quod gratus memini, prædico sæpe palam.
 O à me posset Benefactis digna rependi
 Talio! sed nulla solvere Parte queo;

Ingrati vero mihi ne Nota possit inuri,
 Munus, quod cernis, jam levidensē fero.
 Sed levidente licet Munus fiet, attamen illo
 Donari nuper Te voluisse scio.
 Ergo, *Mecenas*, capias id Fronte serena,
 Mentem, non Donum, respiciasque bonam,
 Ac afflēs Aura leni me porro Favoris,
 Quod rogat obnixē, *Magne Patrone*, *Cliens*.
 Sed verat *Ευχοει* Strepitus, ne scribere possim
 Plura, proin solito finio More: Vale!
 Münchb. d. 9. Martii, 1711.

LV. *Dn. Theodoro Pudori, Pastori, Hermev-*
storsum. d. 13. Mart. 1711.

UT Cyprinorum latorum Copia fiat,
 Quos promittebas nuper, *Amice*, mihi,
 Servus ad Obsequium promprus facilisque Magistrā
 Vēstus Equo celeri jam tua Tēcta petit.
 Ergo Pollicitis qui dives sponte fuisti,
 Pollicitis firmam, ceu decet, adde Fidem,
 Atque duos latos Cyprinos mitte petenti,
 Pro quibus Aes æquum Servus, *Amice*, dabit.
 Quodsi Polliciti tua Pondere Verba carebunt
 Falsiloquum dicet Te mea Costa palam.
 Finio cum Voto: Contingat vita *Pudori*
 Gratia, Prosperitas, Mens quoque prompta pati,
 Scommata quo possis ac ementita subinde
 Crimina cum Morsu, crebraque ferre probra.
 Talia Pastori nam solvit Præmia fido
 Gens nimium stupida quæ Ruditate valet.
 Non ita, qui sacras Vitam excoluere per Artes,
 Quorum & in Aonio splendida Fama Choro?
 Non ita, qui solus Rerum dominatur Habenas
 Justitia, & toto quicquid in Orbe, regit,
 Illi, quanta probus mereatur Præmia Pastor:
 Ac idem quo sit dignus Honore sciunt.

Hic fido pariter pastori Præmia fervat,
Præmia digna Solo, Præmia digna Polo:
Ergo Pudor perfer, Dolor hic Tibi proderit olim,
Et Te vel tandem ducet ad Astra Poli!

LVI. *Dn. Ephraimo Gottlibio Colbarde, Pa-
stori. Zindorffium. d. 20. Mart. 1711.*

Filia defuncta est tua parvula Munere Vitæ,
Cui, *Frater*, mœstus Funera mœsta paras.
Funera sed quamvis Tibi sint hæc mœsta Parenti,
Sunt tamen hæc Gnatæ Funera læta tuæ.
Nam quæ præmissa est, non est amissa Puella,
Præiit, at periit non *Catharina* tua.
Vicit & ad Portum cito venit, ovansque triumphat,
Illius hinc vere Funera Fœnus habent.
Ergo tuum vincas Animum, quia flectere Nemo
Fata potest, omnes cogimur ipsa sequi.
Atque Modum ponas Lacrymis, nec Gaudia Gnatæ
Invidias charæ non peritura Poli.
His Te Tutelæ Jovæ commendo paternæ,
Qui regat atque regat Teque Tuosque. Vale!

LVII. *In obitum Josephi I. Imperatoris Ro-
manorum potentissimi 1711. d. 17. Apr.
Diem suum obeuntis.*

Obstupui, steteruntque Comæ, Vox Faucibus hæsit,
Cæsaris ut retulit publica Fama Necem.
Qui Legum justo Moderamine circiter Annos
Imperium rexit quatuor atque duos,
Obstupui! Imperio metuo quia Fata sinistra
Dum Caput Imperii Fata suprema subit.
Ad Genus obstupui *Mortis*, nam fertur *Joseph*
Morbillis tetrus hic cecidisse probus.
Heroi tanto debebant parcere Parcæ
Ante nec immites rumpere Fila Diem,

Sed dolor! hæc Vis est Parcarum maxima, quæ non
 Respectum ullius Conditionis habent.
 Quæ nec Opes curant, nec summos Orbis Honores,
 Et claros Cineres tristia Saxa premunt.
 Nil valet hic Aetas, Mores, Prudentia, Virtus,
 Nil Favor, Imperium, Mens generosa nihil.
 Mors æquo potius Pede Pauperis atra Tabernas
 Et Turres pulsat Cæsaris eximias.
 Hinc ego Josephi mirari desino Mortem,
 Quem scio sub Leges Fata vocasse suas.
 Sed tamen interea non desino Fata dolere
 Herois tanti magnanimique Ducis.
 Nam Capite ablato male vulgo Membra cohærent.
 Quæ mala præfagit Mens mea, pelle DEus!
 Da contra vivant semper concorditer octo
 Fulcra sacri Imperii, quæ pie Chryste tege,
 Ut sua quisque suæ Vitis Ficusque sub Umbra
 Fulcris hisce diu Munia tutus agat.
 Interea Cæsar, cujus sub Tegmine bis ter
 Annos, ceu memini, sat bene cuique fuit,
 Floreat ut Cedrus, Factorum ut Palma Virore,
 E Tumulique olim Pondere surgat ovans.
 Hoc DEus æternet Votum! Et tu grata futura
 Posteritas tantum concelebrato Ducem.

L VIII. *Hagiosynedrii Regii Rescriptum,*
quod d. 8. April. 1711. Lucem vidit & quo Festum
Eucharisticum in diem 25. Maji feriandum in-
dicitur, sequentes Elegi comitatusunt:

Spicula dira fatis vicina Polonia Pestis
 Sensit; queis lenta Corpora Tabe cadunt.
 Sensit & hæc iridem Pomerania, sensit abunde
 Proh dolor! hoc cunctis Prussia chara Bonis,
 Quid quod idem tragico probat Ukaro-Marchia Casu,
 Prentzlo cumprimis inclyta Metropolis,

Hæc-

Haftenus hac etenim Juvenumque Senumque perinde
 Turmatim rapuit Corpora dira Lues.
 Nec fuit in Medicis correptos Arte levare
 Sæpe utrumque simul sustulit una dies.
 Lurida nec potuit funestæ Semina Pestis
 Pellere prudenti Curia Consilio.
 Nec quicquam valuit, Regis qui Castra Gradivi
 Horrida sectatur. Vir ferus Ense suo.
 Innumeros potius jugulavit lethifer Aestus
 Mortales, Natis junxit & ille Patres.
 Hoc periire Senes, Juvenes periire perinde,
 Improbus hoc cecidit, succubuitque Probus.
 E vivis Patres, Irum cum divite Crasfo,
 Hæredemque Domus Pestis acerba vocat.
 Et Sponsi & Sponsæ densantur Funera mista,
 Ejus enim Telis invia nulla Via est.
 Cum tener in Matris Gremio modo luderet Infans
 Lætus, sæva cito Pestis utrumque tulit.
 Pignora conjugii cum cernunt forte jacentes
 Sandapila Matrem Cordolioque Patrem
 Solvuntur subito in Lacrymas, nec Corporis Artus,
 Ardenti nec Mens ægra Dolore vacant.
 Hanc miseram Sortem tandem pia Vota levarunt,
 Suppliciter pulsât queis pia Turba Polum.
 Et quibus illa Poli Rectorem denique vicit,
 Ut rabidam penitus solveret ipse Luem.
 Fas erit ergo DEO Praconia dicere Laudum,
 Qui procul hinc pepulit Semina dira Luis,
 Quoque jubente eadem contermina Regna reliquit,
 Quorum jam mulcet lætior Aura Lares.
 Fas erit & duplices hinc Cælo tendere Palmas
 Ac Præce devota Numen adire DEI,
 Ut nos adsipiat posthac quoque Fronte serena,
 Ut juvet inprimis Prusiacamque Domum,
 Cujus stet Fortuna, & Avi numerentur Avorum,
 Quaque patet semper sit benedicta precor.

Nec

Nec sic felices nobis promittimus Annos,
 Nec nobis unquam vivere Carcer erit.
 Ergo prout fas est ac exigit ipsa Voluntas
 Regis, Rescriptum quod docet hocce pium.
 Inсите illius sic, *Vir reverende*, Tenori
 Muneris ut Ratio dictitat ipsa Tibi.
 Dicque Deo soli *per auctoritatem* Pectore Grates,
 Solus enim jovit, solus Opemque fuit.
 Hoc ipsum *Pastor* Te, quem complector Amore,
Inspector moneo ac insimul opto: Vale!
 Münchb. d. 20. Apr. 1711.

LIX. *Christophoro Adolpho Colhardo*, *Gymnasii Parthenopolitani hodie Civi*, 1711. d. 2.
Julii. Magdeburgum.

ORdior à Lacrymis quam cernis, *Gnate*, Lituram,
 Quas nullo possum jam cohibere Modo:
 Sors etenim Casu me fallax urget acerbo,
 Gutta per attonitas ut fluat orta Malas.
 Scire cupis, *Fili*, quæ tanti Causa Doloris?
 Eloquar! arrectis Auribus hancce bibe:
 Nempe quod errabat per Campos ante viventes,
 Definit Armentum jam reboare meum.
 Nam mala vicini Pecoris Contagia lædunt
 Ac læsere meum sic dolor! illa Pecus,
 E multis Vaccis ut plane nulla supersit,
 Bos est enectus, Taurus & ipse jacet.
 Hinc nec arare licet, nec Semina spargere Sulcis,
 Nec mesfis spes est concipienda mihi.
 Nec Sors me solum mala vexat: Talia Fata
 Quemvis, qui Pecudes nutrit in Urbe, premunt!
 Inprimis dives Pecoris fuit ille *Veredum*
Præfectus, sed jam pauper ubique jacet.

Occubuere etenim Viruli, qui Pascua nondum
 Campi gustarant, Occubuere Boves.
 Ut queat è multis hic Vir numerare nec unum,
 Qui velit incultum vivus arare Solum,
 Non phaleratus Equus, non Porcus fordibus ullus,
 Non fert lanigerum talia Fata Pecus;
 Sed perit, ut dixi, mihi Funere Vacca petulca
 Cum Vitulis, Tauris, cornigerisque Bobus.
 Quin qui terrificis Mugitibus Aëra quondam
 Complebat, cecidit Vir Gregis ipse ferox.
 Hoc fatale quidem! Totiusnamque Coloni
 Dicunt jam nullam Spem superesse Gregis.
 Deglupsit Pecudes, sic affirmante Bubulco,
 Centum intra Mensē carnificina Manus,
 Pestem si Pecoris certam quis dicat in Urbe
 Grasari, quod Res est, ait ille palam.
 O Deus omnipotens afflictos respice tandem
 Huicque Malo Finem fac precor ipse bonum!
 Cernis, quæ Rerum Facies sit, *Gnate*, Parentum:
 Quæ sit Amicorum Sors pariterque vides:
 Quas hodie Causas habeat tua chara dolendi,
 Flendi, tristandi Patria, *Gnate*, vides,
 Vivimus incolumes, sic vivunt Sanguine juncti,
 Et Cives, quotquot Circulus Urbis habet.
 Vivimus incolumes inquam, sed noverit unde
 Proveniant nobis Vitæ Alimenta Deus.
 Caseus & Panis sunt optima Fercula sanis!
 Extinctis Vaccis Caseus unde venit?
 Panis, & extinctis Bobus omnibus, unde petendus?
 Quis sua Colla Jugo subdet Agrumque colet?
 Unde Fimo pingui Tellus saturabitur alma?
 Quo sine Proventus exigui esse solent,
 Tu quoties scribis, petis Aes, sed quæritur: Unde?
 Te miser unde potest Aere juvare Pater?
 Cesfat Ager, cesfant Reditus. Dic unde Parenti,
 Quæ præsens poscit Vita, petenda tuo?

Feli-

Felices frustra nobis promittimus Annos
 Immundo in Mundo, nos ubi Fata gravant!
 A Lacrymis cepi quam Fato urgente Lituram
 In Lacrymis itidem finio, *Gnate*, meam.
 Finio sic, quoniam Pecus ablaturus atrocis,
 Carnificis Stabulis fertur adesse Puer,
 Heu mea quam gelidus Præcordia conterit Horror!
 Heu quam Vox hæret Fancibus ipsa meis!
Gnate vale! hoc potis est vix tristis dicere Lingua, &
 Utere Fortuna prosperiore diu!
 Tu Pater omnipotens rogitō quem Poplite flexo
 Et junctis Palmis, ah miserere mei!
 Cor mihi percussum est, ceu Fœnum arefcit in Agris
 Osaque sunt veluti Torris adusta mihi,
 Pulveribus vescor ceu Pane, & misceo Potum,
 Heu Gemitu & Lacrymis innumerabilibus.
 O DEUS afflicto præsta Solatia firma,
 Nec servum Auxilio desere quæso tuum.

LX. *Dn. B. D. d. W. C. R. St.*
 d. 21. Sept. 1711.

Auspicio vestro; *Metænas magne*, Culinæ
 Cervina infertur, quæ sapit asæ, Caro.
 Pergratum Donum! pro quo nunc dicere possum
 Grates, non Grates ipse referre queo.
 Quod possum, præsto: Et memori de Pectore Gra-
 tes
 Nunc equidem dico, *Vir generose*, Tibi.
 Sed quia non valeo Grates pro Munere grato,
 Quo sum donatus, forte referre Tibi;
 Nec video, Aere tuo qui possim exire *Patrone*,
 Debitor hinc maneo semper & usque tuus:

Si placeat Canibus densos circumdare Saltus,
 Occumbat Telis Præda petita tuis:
 Si lubeat celeres Arcu tentare Sagittas,
 Prostrernas multas non sine Laude Feras:
 Nam tua si porro est felix Captura Ferarum,
 Non erit infelix nostra Culina. Vale!
Vir Generosè, vale! Valeat generosa Marita!
 Bis duo sic valeant Pignora chara Thori!

LXI. *Dn. Johanni Friderico Fritschio,*
J. U. C. Buccviam.

CLare Vir ac almæ Themidos venerande Sacerdos,
Fautor cumprimis suspiciende mihi.
 Volvere quæ vetuit tenuis hac Meditatio sacra
 (Atque quaterna quidem) Grammata docta *Manu;*
 Hæc postquam nobis hodie DEus Otia fecit,
 Mox Oculo fixo & *Mente* sagace lego.
 Gaudeo, quod scribis, jam Te versare diurna
 Nocturna que *Manu* Biblia sacra DEI.
 Et quod cumprimis hodie Tibi sedula Cura
 Codicis antiqui *Lectio* Græca fiet.
 Næ Labor hic paucis arridet *Jureperitis,*
 Volvere quæis *Baldum* dulcius esse solet.
 Cum Græco Textu plane *Commercia* nulla,
 Cui suus est Cura *Justinianus,* habet.
 Sed tamen, æternæ quibus est pia Cura Salutis,
 Scandere quique poli Regna beata petunt,
 Præ reliquis *Jovæ* hos delectant candida *Jussa*
 Quæque proinde *Manu* Nocte Dieque terunt.
 Sic merito. Nam qui dedit hic sua Nomina Christo,
 Illius & Verbum sedulus ille legat.
 Voce: *γενεθας αγιας διατριβης!* Christus abunde
 Commendat nobis omnibus hoc Studium.

Et

Et felix sane est, Moniti non immemor hujus
 Quisquis scrutatur naviter ipse *γερφύς*.
 Sed tamen hoc multo felicior ille putandus
 Est, quem Dicentis non Idioma later.
 Certe cui Textus non est authenticus ullus
 Scripturæ ignotus, quæ legit, ille capit.
 Is videt isque audit, quo Spiritus Ore loquatur,
 Et quod sit Ravis dulcior ipse Latex.
 Non Te pœniteat Studii, nam proderit Olim,
 Ut tandem fueris *ἰστὴ γερφύς δὲναιος*.
 Scripturæ sacræ quantum ipsa Scientia crescit,
 Tantum crede mihi, crescit & ipse Amor.
 Inter Volvendum Genesin quæ *Fautor amande*,
 Dissona signavit Dextra subinde tua,
 Hæc subito tacita quadam Dulcedine Mentem
 Afficiunt, recreant, exhilarantque meam.
 Ut, si Jova mihi Vitam concesserit, ipse
 Hanc Operam ulterius continuare velim.
Biblia noster Amor! Sint hæc tua Cura perinde,
 Ut dicas pariter: *Biblia noster Amor!*
 Hisce diu tutus, sub Jovæ Umbone quiesce!
 Quod tuus ex imis optat, Amice, Fibris
 Münchb. d. 23. Sept. 1711. Colhard,

LXII. P. C. I. V. d. 2. Oct. 1711.

Participem, *Pastor*, facerem Te Corde libentis
 Autoris sacri, quem tua Charta petit,
 Dummodo, quæ semper Tibi tora patefcit Amico,
 Angusta hunc caperet Bibliotheca mea;
 Utibus at nostris ubi denegat hæcce Libellum,
 Denegat hunc itidem Dextera Jure Tibi.



LXIII. *Per-illustri ac Generoso Domino Dni.
Friderico Wilhelmo de Grote, Serenissimi ac Potentis-
sissimi Borussiae Regis Camerario fidelissimo, Suc-
centurioni Satellitum meritisimo, & Ordinis S.
Johannis Equiti dignissimo, &c. &c.
Patrono suo benignissimo*

S. P.

Grote per-illustris, Regi dilecte potenti,
Aonique Decus Prælidiumque Gregis.
Carmina culpantur, laudantur Carmina sæpe,
Nam sua pro Captu Fata legentis habent.
Carmina culpantur merito, quæ Crimina fundunt,
Mentibus aut teneris pernitiõsa vomunt.
Contra laudantur, quæ profunt Carmina, nec non
Quæ sunt ingenuis tincta subinde Jocis.
Carmina laudavi à teneris, & Carmina amavi,
Inde Lyram Digitis tangere dulce fuit.
Non mihi, quod Bonitas Naturæ divitis esset.
Fercula quæ lautæ promeret apta Gulæ;
Sed Puerò quæ sita fuit Virtutis Honestas
Præmia Cultori quæ ferat apta suo,
His Studiis vixit lætissima junior Ætas
Lætitiã magnam serior inde capit.
Quæ prostant Decades nostræ, id testantur aperte,
Quam gratus Phœbi sit Labor iste mihi.
Huncce suo Momus culpavit Mõve: quid inde?
Non placeo Momo, nec placet ille mihi.
Non Labor est aliquis Nasonis rodere Carmen,
Sed Labor est melius substituisse gravis.
Judicium Momi conculcat nostra Thalia,
Dum Metra, quæ cecinit, docta Caterva probat.
Docta Caterva probat mea Carmina: Comprobat illa
Cumprimis Clio, Vir generose, tua,
Friedrich Clio,

Clio, quæ tantum reliquas Caput extulit inter
 Musas prudenti Palladis Arbitrio,
 Quantum lenta solent inter Viburna Cupressi
 Cætera vel quantum Sidera Luna Polo.
 Litera Testis erit nuper transmissa, *Patrone,*
 (Litera, quæ summi Signa Favoris habet)
 Hæc etenim magni, quæ sum modulatus Avena
 Interdum tenui, Carmina nostra facit,
 Et quatuor Decadum, quæ restant, *Exdoris* urget,
 Quod Mentem possint exhilarare bonam,
 Annuo mox lætus Monitis & Jusfa capesfo,
 Sic suadet Pietas Obsequiumque meum.
 Hinc hodie prodit (sed non limatus ad Unguem)
 Ingenii Partus, *Vir Generose,* novus,
 Qui Mæcenatem Te quærit, liber ut inde
 A patulis Momi Rictibus esse queat.
 Non Te forte juvant Arbuta, humilesque Myricæ?
 Magnus es, hinc merito Te quoque magna decent.
 Gaudia si lubeat tamen interponere Curis.
 Hæc mea Metra Tibi reddere grata queunt
Grote per-illustris, Musarum Gloria prima
 De nostro sentis Carmine honorifice,
 Ergo Virtutis locupletes accipe Testes,
 Dulcia nec Tectis ejice Plestra tuis.
 Non Levitas audax Versus Tibi mittere jusfit:
 Jusfit Honos, jusfit Gloria, jusfit Amor.
 Sique, *per-illustris Vir,* nostris annuis Ausis,
 Atque capis prona Carmina nostra Manu,
 Semper Honos, Nomenque tuum, Laudesque mane-
 bunt,
 Cornua dum Lunæ se variantis erunt.
Vive DEO gratus! Splendorem Stirpis avitæ
 Moribus exorna, ceu facis, usque probis!
Vive Viro charus, cujus Diadema coronat
 Frontem, & qui Musas protegit atque fovet!
Vive

Vive Tibi Talos à Vertice sanus ad imos!

Vive mihi! Musis vive faveque meis!

Münchberga, d. 24. Jan. 1713.

Colhardus.

LXIV. *Dn. P. C. E. J. U. C. U.*

d. 12. Octobr. 1711.

Verba coacta Modis metricis, quæ vestra Camœna
 Fudit, sat crebro lecta fuere mihi.
 Gaudeo, quod vivas ex Voto, quodque vigescas:
 Sic Duce vive DEO, sicque vigesce diu!
 Gaudeo, quod Spartam sis tandem nactus honestam:
 Faxit, ut hanc ornes ac tueare. DEUS!
 Gaudeo, quod Spartæ Tibi Mens sit jungere Martham,
 Et castæ Veneris nunc quoque Castra sequi:
 Gratulor! Utque diu Tibi Mentem hanc servet Jovæ
 Servet constanter perpetuoque, precor!
 Certe olim non sic sensisti: Namque solebas
 Conjugium durum dicere sæpe Jugum.
 Ac allatrabas magno plerumque Cachinno
 Omnes, qui peterent Fœdera grata Thoræ.
 Quin mihi scribebas: *Quæ Te Dementia cepit!*
 Cum suavi huic vellem subdere Colla Jugo.
 Dulce Tibi contra resolutò vivere Collo,
 Nullaque Conjugii Vincula grata pati.
 Fœda videbatur Tibi quævis, rustica quævis,
 Dignaque Conjugio nulla Puella tuo.
 Horrebas tenues, horrebas Corpore pingues,
 Nec Tibi grata brevis, nec Tibi longa fuit.
 Candida temnebas, nisi quæ suffusa Rubore
 Vernarent propriis Ora serena Rosis.
 Nigra Supercilia & Frons libera, Lumina nigra
 Urebant Animum sæpe notata tuum.
 Flammea dilexisti modicumque tumentia Labra,
 Quæ Tibi gustanti Basia plena darent!

In tereti Collo visum pretiosius Aurum
 Gemmaque Judicio plus radiare tuo.
 Jam Tibi Mens alia est, quod perquam laudo, precorq;
 In Thalamum veniat Virgo pudica brevi,
 Quam Manibus cingas, cui tor quoque Basia figas
 Labris, quot Vari Lesbia blanda suo.
 Sed tua pacturus socialia Fœdera Lecti
 Invita sueto Grammatici More tuum.
 Cestio nam præsens Epulis solennibus hisce
Davidis Jonathan fidus adesse mei,
 Cujus cum fuerim à teneris cupidissimus Annis,
 Non abero certe, si modo sanus ero.
 Nec sis sollicitus de Curru deque Cavallo,
 Nam Pede carpo Viam deficiente Rota,
 Hæc tamen expressa sub Conditione paciscor,
 Corpore si valeo, si neque Sparta negat.
 Ludenti Calamo Veniam dabis atque valebis,
 Namque vetat Sparta scribere plura Labor.

LXV. A. C. I. V. d. 19. Octobr. 1711.

Tempore præscripto non comparebit Amicus,
 Illius quoniam Corpora Languor habet:
 Namque laboravit Pituita, atque inde Dolores
 Pectoris & Capitis pertulit ille graves.
 Pertulit & perfert circa Diaphragma Dolores
 Pectoris & Capitis pertulit ille graves.
 Pertulit & perfert circa Diaphragma Dolores
 Tantos, ut peregre non queat ire miser,
 Ulla nec hunc Cereris nec tangit Cura Lyæi,
 Quin nocet huic Bacchus, sordet & alma Ceres.
 Rectius ergo Domi latitat, propriæque Salutis
 Assiduam Curam sedulus ipse gerit.
 Indue Tu faciles gaudenti Pectore Vultus,
 Et Tecum carpent Gaudia grata Tui.
 Vive diu sospes, quia sospitis optima Vita est,
 Sospes & ut reddar fer pia Vota DEO.

LXVI,

LXVI. D. P. W. d. 28. Octobr. 1711.

Cui nutrire lubet Nummos Quincunce modesto,
 Jure facit, quoniam Jureperitus ait.
 Scribere cui lubeat sed pro Quincunce Decussem,
 Illicitis sane Quæstibus augei Opes.
 Quod licet ergo, Tibi libeat: Quod non licet, absit,
 Nec libeat quoquo poscere, *Mysta*, Modo.
 Ni fallor, tua Dextra tenet Chirographa N. N.
 Quæ dedit in nostris Aedibus ipse Tibi:
 Hæc lege, nec posthac urgebit Charta Decussem,
 Quincuncemque statò Tempore sponte dabit.

LXVII. Dn. P. G. M. d. 17. Nov. 1711.

Quem mihi præsentem non convenisse licebat,
 Hunc adit absentem Litera nostra Virum,
 Et Rem, quam coram Tibi narravisset Amicus
 Pluribus, hanc paucis nunc manus ægra refert.
 Nimirum Juvenis, Tibi visus in Aedibus olim
 Nostris, & cujus Nomina nota Tibi,
 Hic postquam nuper Sparta est admotus honestæ,
 Et Martha jungi discupit atque petit.
 Conatum Juvenis næ perquam laudo præboque,
 Cujus ut eveniant Cœpta secunda precor!
 A me quæsitus, quam delegisset Amicam,
 Dicere cui posset: *Tu mihi sola places?*
 Illico respondet, quod sit tua Filia major,
 Conjugio cuperet quam sociare sibi.
 Utque suo Voto potiatur, sæpe modeste
 Hunc Operam credas expetiisse meam.
 Hæc & *Amice*, quidem fuit unica Causa, seorsim
 Sermones Tecum cadere cur placuit,
 Cumque Domi Te non licuit vidisse, proinde
 Fungatur præsens Munere Charta Proci.
 Ergo si Juveni lubet hancce locare Puellam,
 Quam Thalami Sociam deligit ille sibi;

Grammasin edoceas, tua quæ Sententia Patris,
 Mens quæ sit Gnata & Conjugis, idque brevi.
 Interea valeas, valeat tua Costa perinde,
 Vobiscum valeat Gnata petita diu!

LXVIII. G. A. U. d. 4. Decembr. 1711.

PArturiunt Montes, nascetur ridiculus Mus!
 Magnificus Titulus prætereaque nihil!
 Sic cum festivo Plausu mea Musa canebat
 Nuper, & hos crebro reddidit Ore Sonos.
Arrige nunc, Plausus qui Causam quæris, *Amice,*
 Aures, ac Risum, si potes, usque tene.
Projecit Ampullas & fœsquipedalia Verba
 Autci, quem misit mi tua Dextra, *Libri.*
Sæpe mihi lectus, mihi sæpe relectus & idem.
 Quid tandem? Vox est prætereaque nihil.
Aut si præterea est aliquid, Chaos atque Chimæra est,
 Lectori pariens Tædia longa suo.
Tædia ne pariat mihi porro, remitto Libellum.
 Volvere quem tenuit Dextera nostra. Vale!

LXIX. Dn. Andrea Dieterich Jacobi,
 Fiscali. Berolinum d. 3. Jan. 1712.

CArmen ego fixis Oculis & Mente sagaci
 Transmissum legi, *Docte Patrone,* tuum:
 Nectareum Carmen! Musæ dictasse videntur
 Ipsæ Romanæ Verbaque Resque Tibi:
 Namque scætet ter sis Verbis & Rebus ad instar
 Fluminis. In Summa: Cuncta Lepore nitent.
Ut quantum illius mihi Lectio Deliciarum
 Attulerit, fari vix mea Lingua queat.
Grates pro grato Tibi Carmine canto, referre
 Cum nequeam, maneo Debitor usque tuus.
Interea Casus tragicus, quem Carmine culto
 Narras auditu non mihi gratus erat.

Nam-

Namque refers *Domini de Tettau* Fata sinistra,
 Fata ad quæ mea Mens mox stupefacta tremit.
 Quippe Melancholicus Sclopeti creditur Ictu
 Conscivisse sibi proh dolor! ipse Necem.
 Fata Viri doleo, nec sufficit Unda Dolori,
 Nec Vox, nec Numeri sufficiunt Lacrymis.
 Spiritus in Christo Patroni vivat ^{overquel}
 (Quod vover è penitis nostra Camœna Fibris)
 Osibus exequialis Honor jam præstitus, ergo
 In Gremio Terræ molliter illa cubent.
 Sed nos hæc moneant Patroni Funera, quæ Sors
 Illius fuerit, nostra quod esse queat.
 Ergo DEI semper nos fervet Dextra potentis,
 Seu Vitam extendat, linguere seu jubeat.
 Tristia miscentur lætis! Post tristia Fata
 De *Tettau* pergis scribere læta mihi,
 Dum Finem Exilii memoras instare *Pudoris*,
 Quæ Res auditu per-mihi-grata fuit,
 Qui Prece devota Jovam sum sæpe precatus,
 Huic facilem sese præstet ut ipse Viro,
 Quo nanciscatur tanto Fautore vicissim
 Munus Pastoris, quod petit ille, sacrum,
 Sed pro suscepto Merces solvenda Labore
 Hactenus, ut scribis, debita nulla venit.
 Vera refers: Fuit ast in Causa Absentia longa
 Patroni, tenuit quem satis Aula diu.
 Et fuit in Causa Morbus quoque Consulis atrox,
 Quo lecto affixus Vir bonus ille jacet;
 Namque hunc exercet Furiarum quarta *Podagra*,
 Quam Tibi, ceu notum, tollere Nemo potest.
 Sed quod differtur, non plane aufertur id ipsum,
 Hora superveniet Præmia grata ferens.
 Quæ mihi sub Calcem Chartæ fers Vota, *Patrons*,
 His DEUS omnipotens Pondus inesse sinat.
 Faxit is, ut claudas pariter feliciter Annum
 Ingressum salvo Corpore, salvo Animo.

Corpus sit vegetum, firmum, patiensque Laborum,
 Sint valida Vires ingenuæque Tibi.
 Jova procul pellat squallentia Numina Lethes,
 Offundant Nebulam ne Tibi in Orbe gravem!
 Ille tuas Ædes cingat flammante Caserva,
 Ille heet Thalamum Conjuge, Prole Domum,
 Ille Tibi, quicquid Votis optare solemus
 Concedat larga, *Fautor amande*, Manu,
 Illi porro tuam soli committo Salutem,
 Illo, vive vale vel tria Secla, Duce!
 Hæc voveo, Voto subscribat, Vota Piorum
 Qui pia proclivis percipit Aure, DEUS!

LXX. *Di. T. T. P. P. d. 4. Jan. 1712.*

PRæco DEI, cujus Populo sacra Dogmata tradis,
 In Christo Frater devenerande mihi.
 Me postquam certum fecit tua Litera, Fato
 Concessisse Patrem nec superesse tuum;
 Crede mihi, tantum Mentem subiisse Dolorem,
 Imber ut ex Oculis sit mihi lapsus Aquæ.
 Quin mea non aliter stupuit charissima Conjux,
 Quam foret æstiferis Ignibus icta Jovis.
 Pignora Conjugii mœrent hoc Funere nostri,
 Inque Domo Lacrymas Angulus omnis habet.
 Quid tandem? Meditor præmissum, haut esse Parentem
 Amisum penitus, *Vir reverende*, tuum.
 Et meditor Laqueis Mundi nunc esse solutum,
 Dissolvi crebro quem cupiisse reor,
 Ac Animam (vivos quam commendarat Jovæ)
 Nunc adiisse piam Regna superba Poli,
 Nullus ubi Mœror, nullus Dolor amplius illam
 Tanget, & Anxietas nulla deinde premet.
 His rite expensis Animo Dolor excidit ingens
 Et tandem Sensus convaluere mei,
 Ut fas gratari Defuncto, namque quiescit
 Exemtus plane quolibet ille Malo.

Vin

*Vir reverende, velim mecum mediteris id ipsum,
 Prævisse tuum, non abiisse Patrem,
 Nec fas, nec licitum, nimio revocare Beatum
 In Terram Fletu, Mors ubi sæva fremit,
 Ac ubi Funus habet Fœnus, liquisse Voluptas
 Immundum Mundum magna perinde Bonis.
 Sic procul hinc spero pelles de Corde Dolorem,
 Nec Tibi Velle DEI displicuisse potest.
 Sed Tibi cum lubeat consueto More Parenti
 Ultima post aliquot solvere Justa Dies,
 Ac ideo tua me cum Costa Grammata misa
 Conjugiique mei Pignora chara vocent;
 Non renuo ad Mœstos sub Conditione venire,
 Si summus nobis annuet ipse DEUS.
 Hisce Vale! Valeat Conjux! Valeatque perinde
 Proles, quam castus suppetit usque Thorus.*

LXXI. *Dn. C. C. de W. C. T. d. 16. Jan. 1712.*

Illatus Lepus est nostræ Te dante Culinae,
 Qui Stomachum poterit sat recreare meum.
 O Donum gratum! potuisses gratius illo
 Vix donare ullum, *Vir Generose*, mihi.
 Sed Tibi quas tali referam pro Munere Grates?
 Grates Lingua dabit, quas dare Dextra nequit,
 Si desint Vires, merito laudanda Voluntas.
 Gratia & hæc grata est, Mens ubi grata fuit.
 In Sylva plures capiat tua Dextra subinde
 Auritos Lepores, si mea Vota valent.
 Si mea Vota valent, Lepus intret sæpe Culinam
 Auspicio vestro, *Vir Generose*, meam.

LXXII. *Christoph. Adolpho Colharo, Gymnasii Berolimensis Civi d. 18. Jan. 1712.*

HActenus haut licuit per nostrâ Negotia quicquam
 Reddere Responsi Grammati, *Gnate*, tuis.
 Grammati, queis Anni felicia Corde precaris
 Auspicia & Matri & prospera quæque Patri.

Sub memori tamen hoc servavi Pectore, jamque
 (Jova ubi dat nobis Otia grata) patro.
 Confirmet, nobis quæ, *Fili*, Vota tulisti,
 Jova, tuumque diu sospitet ille Patrem!
 Sospitet is pariter Geneticem Corpore (crebro
 Quod languet Morbo) sospitet ac Animo!
 Quamque Anno elapso imposuit Matrique Patrique
 Mitiget ipse Crucem pro Bonitate sua.
 Te simul hoc Anno regat idem Flamine sancto
 Mens sit ut in sano Corpore sana tibi,
 Ille tuis Studiis superattendatque perinde,
 In Laudem ut tendant Nominis illa sui.
 Organon ipsius quo fias utile tandem,
 Inque Solo inque Polo gratus & esse queas,
 Pectore quæ voveo, veniant illius ad Aures,
 Qui pia Vota sua percipit Aure precor.
 Huic Voto duplex superaddam Munus emanque,
 Cum færo præsens, Biblia sacra tibi.
 Quin & emam Pileum, quoniam dilecta subinde
 Me monuit Genetrix, hoc opus esse tibi.
 Quod pro Veste nova lubuit mihi dicere Grates,
 Factum prudenter, *Gnate*, fuisse puta,
 Quippe erit ad dandum plus Invitatio quædam,
 Sic tamen ut Studiis sedulus usque vaces,
 Morigeramque tuis des Præceptoribus Aurem,
 Objurgent, cædant, seu doceant, moneant.
 Hisce Vale atque brevi, Vitam si Numina servant,
 Præsentem expecta, *dulcis Adolphe*, Patrem.

LXXIII. *Dn. G. C. B. G. d. 24. Jan. 1712.*

Quæris, utrum possint Compatrum Muneri fungi
 Qui non sunt nobis Relligione pares?
 Sunt, qui simpliciter respondent hicce negando:
 Sunt, distinguendo qui dare Vota volunt.
 Non extat Dictum, Patrinos esse rogandos,
 In Scriptura ullum, *Fautor amande*, sacra.

Ju-

Judico me media est hæc Res, quoscunque rogare
 Patrinus equidem Litera vestra velit.
 Et manet inde tamen Baptismi Essentia salva
 Baptismi Virtus salva perinde manet.
 Consuetudo Loci tamen attendenda recepta,
 Frater ne capiat Scandalon inde tuus.
 Hoc Thema pertractat terse Hildebrandus (a) & ante
 Hunc *Gallus* Doctor Theologusque probus. (b)
 Theologiam illius, quam Dogmaticam vocat ipse,
 Symmytæ vestri Bibliotheca tenet.
 Hanc pete, si lubitum est, ab eo &volvendo revolve,
 Cuncta probare decet, sed retinere bona.
 Quæque moves Dubia, invenies ibi cuncta soluta,
 Ut legisse, minus pœnituisse queat.
 Hunc quia Bibliotheca capit mea, mitto legendum,
 Cura mox repetat lectus ut ille Lares.
 Non, ut longinquos pertexat Pagina Versus,
 Otia sunt nobis. Hinc Tibi dico: Vale!

LXXIV. Dn. Godofredo Schulsen, Pasto-
 ri, Werderium, d. 27. Jan. 1712.

LÆta beant Animas! Læteris Pectore, Pastor,
 Lætitia quoniam Te DEUS ipse beat.
 Scilicet ex larga voluit Bonitate Jehova
 Schulziadem Stirpem Prole virere nova.
 Hinc Tibi gratatur Phœbus stipante Caterva
 Musarum læta Jubila læta canens.
 Omnes unanimi Voto gratantur Amici,
 Quos Consuetudo, quos Tibi junxit Amor.
 Hos inter, longo Tibi qui sum cognitus Usu,
 Prodeo, sincero Pectore Vota ferens.

Pectore

(a) *Joachimi Hildebrandi S. Th. D. Theologia Dog-
 matica* p. 693. seq.

(b) *D. Philipp. Zahnens Kirchen-Buch* p. 43. seq.

Pectore Vota fero Tibi dilectæque Maritæ,
 Et, Vobis vivat Planta tenella, precor.
 Næ vivat, valeat, florescat sospes in Orbe,
 Et creet illa suo Gaudia mille Patri,
 Gaudia mille suæ Matri creet illa perinde,
 Unica cui summi Causa Doloris erat.
 Jova piis Cunis Hostes avertat, & idem
 Dextra Progeniem prætegat hancce diu.
 Vivite longævam Vitam tutamque Parentes!
 Vivat ita in Matris Planta novella Sinu!
 Et cum, quod satis est, vixistis in Orbe, Tenella
 Vobis cum pariter vivat in Arce Poli!
 Vivat in Arce Poli Vitæ satur atque fruatur
 Lætitia, quæ non est habitura Modum!
 Compatri læto lætus succlamat Amicus,
 Qui Susceptoris Munia promptus obit.

LXXV. D. P. F. d. 30. Jan. 1712.

Vir, de quo scribis, non dictu affabilis ulli est,
 Cujus Conspectus nec Tibi gratus erit.
 Conveni: Ast Hederis multo ambitiosior eheu!
 Lascivis visus tum fuit ille mihi.
 Cum loquitur, loquitur male de melioribus absens,
 Quod docti non est ingenuique Viri.
 Cum quærit, quærit quod non respondet Homerus,
 Instar deliri qui Rationis inops:
 Effutis, blaterat, garrit, nugatur & implet
 Instar clamosi Stentoris Ore Domum.
 Cum Te forte Pedes, cum Te Via ducet in Urbem,
 Hunc adeas quæso conveniasque Virum,
 Dictaque tum facilis, Calculum adjiciendo, probabis,
 Et dices verum me retulisse Tibi.

LXXVI. Venerando venerande Inspectionis Seniore Dn. Michaelæ Kirchnero Anno Ætatis 108. Vitæ Munere defuncto Dn. Diocesanos ad subeundam

*eundam Operam vicariam in viduata Parochia
Tempelbergensi sequenti Elegia invitavit
Dioceres d. 2. Febr. 1712.*

PAstores digno venerandi semper Honore
Nostra Diœcesis quos capit atque colit:
Occubuit pius ille Senex *Kirchnerus*, & ejus
In Gremio Terræ molliter Osa cubant,
Vixerat is, quantum fatis est, plenusque Dierum
Mortem expectando pallida Fata subit.
Annorum Numero transcendit Tempora, Vitæ
Quæ statuit Moses Syracidesque Senis.
Miraculi Pastor *Mauritius* (a) instar habetur
Et sic à cunctis semper habendus erit,
Incolumis Vitam quod vixit in Orbe, duobus
Annis exceptis, Lustra bis ille novem.
Dic mihi, quando ferent, Pastor *reverende*, futura
Secula contimilem, si qua futura, Senem?
Sed (licet Exemplo raro) tamen illa tulere
Talem, cui venit serius Hora Necis,
Quippe Annos postquam centum, complevit & octo
Kirchnerus Vitæ Munere functus obit. (b)

Hunc

(a) *Johannes Mauritius, Pastor zu Neuen Tempel & Diederstorff sub Inspectione Münchbergensi, natus est anno 1606 d. 22. Julii in Pago Topper sub Ducatu Crossnensi. Vocatus ad Ministerium Eccl. anno 1632. Vixit in Matrimonio cum una eademque Uxore 53. Annos. Inserviit Ecclesiis 63. Annos, & Anno 1695. d. 13. Jan. satur Vitæ diem obiit supremum.*

(b) *Natus Anno 1604. denatus anno 1711. d. 21. Dec. Anno Etatis 18. cepit Studiis navare Operam: Anno 1650. in Album Studiosorum Witteb. receptus est: Anno 1653. vocatus Fürstenwaldam ad*
Can-

Hunc colui vivum, colo nunc super Astra locatum
 Devenororque pia Voce perinde Virum.
 Illius id meruit Cælo contermina Virtus,
 Cura Ministerii, Religionis Amor!
 Orator clarus, dum Mens Sensusque manebant,
 Eloquio præstans atque disertus erat,
 Qui sic Affectus movit persæpe docendo
 Ut data sint Linguae Præmia grata suæ.
 Captabat Dictis nullis popularibus Auras
 Semper erat Rebus consona Lingua suis.
 Taxabat Vitæ Scelus & Discrimine demto,
 Plena penetrabat Fulmine Lingua sacro.
 Rursus & ad placidam Vivo Solamine Vitam
 Ducebat, verus quos penes Ardor erat.
 Debellare Animos, & Spicula figere Menti,
 Succreto pravis Grimine, doctus erat.
 Vix ita Cecropidas Demosthenis Ora diserti
 Moverunt, Cicero vix ita fatus erat?
 Sicut *Kirchneri* movit Facundia Corda,
 Cum veram è Cathedra traderet illa Fidem.
 Nullus in hoc Fucus, nec duplex Lingua latebat,
 Mens erat unanimi Vocibus æqua Jugo
 Candor erat, Mores omni sine Labe probati,
 Exemplum raræ Simplicitatis erat.
 In Rebus constantis, quas veras esse sciebat,
 Nemo magis Rebus rursibus Hostis erat.
 Conjugio vixit divina Pace quieto
 Quo nihil utilius Vita caduca videt.

Pignora

*Cantoratum: Anno 1655. uxorem duxit Virginem
 Catharinam Wiesen, qua cum genuit 3. Filios &
 5. Filias, & hæc fuit Marito superstes. Anno
 1659. vocatur ad Pastoratum nach Schönfeld
 und Egge: storf. Anno 1684. vocatur simul, sed
 tantum ad interim Tempelbergam: Anno 1707.
 Apoplexia tangitur.*

Pignora grata DEO casto suscepit Amore,
 Obtulit & soli, qui dedit illa, DEO.
 Hās inter Virtutis Opes Tolerantia Rerum
 Spernebat cunctas insuperata Minas.
 Fortiter à teneris mala plurima sustulit, illi
 Nec grave Solstitium nec grave Frigus erat.
 Noverat is Ventos nudato Vertice ferre,
 Noverat is Pluvias ferre perinde graves.
 Pauperiem modico contentus semper amavit,
 Et Rerum Dominus nil cupiendo fuit.
 Sola Virum potuit sibi subdere curva Senectus,
 Cui cedit, quicquid vincere cuncta potest.
 Nam (quod Cornelius Gallus testatur aperte,
 Qui docto quondam Carmine clarus erat)
 Est minor Auditus, Gustus minor, ipsa minora
 Lumina vix Tactu noscere certa queunt.
 Nullus dulcis Odor, nulla est tunc grata Voluptas,
 Casaries fluitat densa, Comæque cadunt.
 Et Lethæa Senis subeunt Obliviam Mentem,
 Ut gestæ posset non meminisse Rei.
 Ad nullum confurgit Opus tremebunda Senectus
 Arque intenta suis obstupet ipsa malis.
 Carmina nulla canit: Cantandi summa Voluptas
 Aufugit, & Vocis Gratia vera perit.
 Ipsa Senem Species quondam dilecta relinquit,
 Creditur & Formæ mortuus esse suæ.
 Pro niveo rutiloque prius, post inficit Ora
 Pallor & exanguis funereusque Color.
 Aret sicca Cutis, rigidi stant undique Nervi,
 Et lacerant unæ tabida Membra Manus.
 Quondam ridentes Oculi, post Fonte perenni
 Deplangunt Pœnas Nocte Dieque suas.
 Si Libros reperit, duplex se Litera findit,
 Largiter occurrit Pagina nota Seni,
 Jam subeunt Morbi, subeunt Discrimina mille;
 Jam dulces Epulæ Delitiæque nocent.

Cogitur

Cogitur à gratis Animum suspendere Rebus
 Desinit, ut vivat, vivere, crede, Senex.
 Jamque illum dudum cui nulla adversa nocebant,
 Ipsa, quibus regitur, nunc Alimenta gravant.
 Quæ modo profuerat, contraria redditur Esca,
 Fastidita jacet, quæ modo dulcis erat.
 Non Potus, experta satis Medicamina, profunt,
 Non Ægris quicquid ferre solebat Opem.
 Non Habitus, non ipse Color, non Gressus euntis,
 Non Species eadem, quæ fuit ante, manet.
 Nec Cælum spectare licet, sed prona Senectus
 Terram, à qua genita est & reditura, videt.
 Fitque tripes, prorsus quadrupes, ut parvulus Infans
 Et per fordentem flebile serpit Humum!
 Hinc est, quod Baculo incumbens ruitura Senectus
 Assiduo pigram Verbere pulset Humum.
 Sicque ægre Trunco titubantes sustinet Artus
 Neglecti repetens Stramina dura Thori.
 Quo postquam jacuit misero quid Funere differt?
 Heu tantum attriti Corporis Ossa vides!
 Ros lædit, modicoque etiam corrumpitur imbre,
 Veris & Autumnii lædit amoena Dies.
 Hinc miserum Scabies, hinc Tussis anghela fatigat,
 Continuos Gemitus ægra Senectus habet.
 Ipsa etiam cunctis Requies gratisissima, Somnus
 Abvolat & fera denique Nocte redit,
 Vel si lassatos nunquam dignabitur Artus
 Turbidus in quantis horret Imaginibus?
 Mollia Fulcra Thori duris sunt Cotibus æqua,
 Parva licet, magnum Pallia Ponderus habent
 Inflantur Taliq; Pedesque Tumore subinde,
 Infirmatur iners hoc vel id inde Genu.
 Sanguis & effoetæ frigent in Corpore Vires,
 Ut vidisse Senem sit Pavor atque Tremor.
 Despiciat inde Senem Puer, & sine Lite Puellæ
 Turpe putant Dominum jam vocitare suum.
Irrident

Irrident Gressus, irrident denique Vultum,
 Et tremulum, quondam quod timuere, Caput.
 Quumque nihil videat, tamen hoc spectare licebit,
 Ut gravior misero Pœna sit ista Seni.
 Felix qui meruit tranquillam ducere Vitam,
 Et lætos stabili claudere Fine Dies!
 Quanta Viro ferat hic Incommoda curva Senectus,
 In cujus fessò Corpore tarda sedet
 Dixi proluxe, nondum tamen omnia dixi,
 Interea dixi, quod satis esse potest.
 Dicta probat Senior *Kirchnerus*, mortua cujus
 Sunt patrio nuper tradita Membra Solo.
 Affixus Lecto qui binos circiter Annos
 Decubuit Senii tristia Damna ferens:
 Non caput Officium, non fecit Dextera, nec pes,
 Nec Deates, Aures, Ventriculusque suum.
 Hæc Apoplexia, qua fuit idem tactus, adauxit,
 Infelix igitur ter fuit atque quater.
 Sed felix ideo potuit quod Corde rogare
 Et junctis Palmis, qui regit Astra, DEum,
 Corporis ut Vinculis se solveret atque Quieti
 Traderet optatæ, quam sibi dulce mori.
 Voti quo compos, Finis fieretque malorum,
 Impiger has repetit sæpius Ore Preces:
 Solve DEus miseram tali de Carcere Vitam,
 Mors est jam Requies, vivere Pœna mihi.
 Non sum qui fueram: periit Pars maxima nostri,
 Hoc quoque quod superest, Langvor & Horror habet.
 Lux gravis in Luctu, Rebus mœstissima lætis,
 Quodque omni est pejus Funere velle mori.
 Solve DEus tandem miserum dimitteque Servum,
 Dissolvi tantum qui cupit atque petit.
 Audiit hæc Preces Senioris nuper Jöva,
 Deque suæ Vitæ Carcere solvit eum.
 Spiritus Astra tenet, veræ pia Gaudia Vitæ,
 Dulcia præsentis nunc videt Ora DEI.

Hic Corpus recubat miserum, quod Sidera Cœli
 Scandet, & è putri Membra reducet Humo.
 Hunc igitur nostra requiescere Voce sinamus,
 Nam melius nostro nunc habet ille Statu.
 Inimul hanc Sortem quivis gratetur eunti
 Dicat &: O *Kirchner* sit Tibi Terra levis!
 Tu *venerande Senex* præcede, quiesce, valeque!
 Forte jubente DEO Te sequor ipse brevi.
 Quæ vestras fero, nostras Mors atra Tabernas
 Pulsabit citius: Disco proinde mori.
 Discite Res pariter mecum componere vestras,
 Fratres, ut pateat, Vos didicisse mori.
 Nam didicisse mori felicem terque beatum
 Inque Solo inque Polo reddere quemque potest.
 Sed placuit Viduæ consueto More Marito
 Bis sexto Jani solvere Iusta DIE.
 Hisce fui præsens, simul explicuique rogatus
 E Cathedra Textum, Rege favente Poli, *d 12. Jan.*
 Bis decimo & quinto Genesis quem suppetit, & quem
 Sistit ibi Versus septimus atque sequens.
 Exequiis autem *Kirchneri* rite peractis
 (Quem flevit Coniux, Pignora, Grexque satis)
 Nobis cumprimis Cura anxia habenda Parœcum,
 Quos *Tempelbergum* nunc capit atque fovet.
 Gratia sic Regis, Pietas sic exigit ipsa,
 Defunctum pariter sic meruisse liquet,
 Hic in consimili Casu non defuit unquam,
 Quod Vestrum Nemo dememinisse potest.
 Pluribus haut opus est Vos Verbis illa monere,
 Quæ monuit dudum Filius ipse DEI;
 Quæ fieri Vobis aliquando vultis, is inquit,
 Hæc vobis aliis sunt facienda prius.
 Hæc pius observat cumprimis ille Minister,
 Qui docet Exemplo, quæ docet Ore, Gregem.
 Comiter excipiet venientes ipse *Patronus*,
 Qui trahit à prisca Nobilitate Genus,

Prandia

Prandia nec Vobis nec Equis sua Pabula vestris
 Dextra negatura est, credite, larga Viri.
 Qualis Agendorum sit Vobis Ordo tenendus,
 Edocet id clare Pagina quemque sequens.
 Adscriptum Tempus bene quisque notabit & idem,
 Sedulus hæc faciet, quæ facienda sibi.
 Temporis & si quid superest, post Prandia missum
 E Templo rursus convocet ille Gregem,
 Atque Catechetæ fungatur Munere promptus,
 Quod Patriæ Patris sic pia Jussa volunt.
 Præmia pro Studio ne quæras *Frater amande*,
 Præmia namque dabit sat Tibi larga Deus.
 Incolumemque Tuis hoc Te servabit in Orbe,
 Cœlicolisque suis associabit ibi!
 Sed nostro Calamo prolixo ignoscite Fratres,
 Nam *Kirchneri* Annis æquiparandus erat,
 Qui cum bis quatuor centumque hic vixerit Annos,
 Disticha tot voluit fundere Vena mea.
 Nec grave, ceu spero, Vobis iustras se legendo
 Mœsta Senectutis Damna trementis erit,
 Quis sua paulatim jam Barba Comæque senescunt,
 Quisque proin Senii sunt metuenda Mala.
 Tela minus possunt, quæ sunt prævisa, nocere;
 Sic Mala nec Senii nosse nocere potest.
 Vivite felices! *Kirchneri* vivite Vitam!
 Æternum tandem vivite in Arce Poli!

LXXVII. *Dn. S. A. G. W. d. 24. Febr. 1712.*

Quæris, utrum valeam? Valeo, respondeo, belle:
 Nam (si Romano sic licet Ore loqui)
 Digerit ingestam Stomachus bene, & egerit Esçam
 Sat bene: Vivo proin sat valeoque bene.
 Cujus servavit tenus hac me Gratia salvum,
 Salvum me porro sospitet ille diu!
 Sed qui jam valeo bene Corpore, Mente perinde
 Non valeo, ægrotat quippe Crumena mea.

Omnia sunt Nummis sceleratis subdita : Nummia
 Quisquis & in Mundo deficit, ille jacet,
 Sit quicumque velit, sit civis, Nobilis, aut Dux;
 Infelix tamen est, si caret æris Ope.
 Unde habeat quærit Nemo, sed oportet habere,
 Sin minus abjectus Pauper ubique jacet.
 At cujus contra turget multo ære Crumena,
 Ille egerit Fastu Pectora plena gravi.
 Hic Ratione Status sit Rusticus aut minor illo,
 Mox tamen is Cristas erigit atque tumet.
 Quid faciam nostra mire ægrotante Crumena?
 Quid faciam? Faciam quæ facienda mihi.
 Nempe feram; Tandem vincet Patientia Victrix,
 Indiga turgescet forte Crumena brevi.
 Cum mihi per Munus sit scribere plura molestum,
 Ergo Vale! Valeat sicque Crumena tua.

LXXVIII. *Dr. Andrea Dieterich Jacobi,*
Fiscali Berolinum d. 7. Mart. 1712.

Divine Themidos multum venerande Sacerdos,
 Fautor cum primis suspiciende mihi.
 Quæ pro suscepto jam tum solvenda Labore
 Merces, hanc hodie solvit amica Manus,
 Quam Tibi dimidiam sic disponente Datore
 Transmitto, servo dimidiamque mihi.
 Tu mittes Apocham, quæ dicat Præmia recte
 Esse Tibi in Dextram, digna Labore, data.
 Plurima jam paucis complector, namque Labores
 Non mihi per Sacros scribere plura licet.
 Ergo *vale* longum *Patrone*, Tuique Parato
 Ad Genus Officii quodlibet usque *fave*.

LXXIX. *D. D. I. N. L. T. d. 16. Mart. 1712.*

Ingeris, ut scribis, bene, digeris, egeris, inde
 Vivere Te belle, Teque valere liquet.

Gaudeo



Gaudeo Sorte tua, Tibi quam conservet Olympi
 Restor perpetuo pro Bonitate sua.
 Hoc ego nequaquam jam de me dicere possum,
 Qui cogor medice vivere sepe miser.
 Sentio nonnunquam circa Diaphragma Dolores
 Magnos, qui pereunt Arte Machaonia.
 Non tamen idcirco (quæ Gratia sola Polarchæ)
 In Lecto plane languida Membra jacent;
 Sed potui semper, licet ægre, Munere fungi
 Et facere hæc præfens, quæ facienda mihi.
 Faxit Jöva, licet medice jam vivere cogar,
 Officio fungi quo tamen ipse queam!
 Pondo tabifici petiit tua charta Tabaci,
 Quale satis large Jugera nostra ferunt.
 Quod petiit, præsto est: Usuro profit Amico,
 Digerat ut porro ac egerat ille bene!

LXXX. Dn. Ebraimo Friedlibio Jüter-
 boccio, Pastori. Blumbergam. d. 20. Martii 1712.

Summa tui Voti est: Pacem det Jova quietam
 Orbi! Quæ Voti est Summa perinde mei:
 Nam cum grassantur spatiosum Bella per Orbem
 Oppida pugnaci Milite vasta jacent,
 Ora Fame pallent. Minitatur Funera Pestis:
 Et Cœlis Iræ cernere Signa licet.
 In Mala conjurant diversis regia Formis
 Pectora, succenso Corde minata Necem.
 Ergo nihil pejus Bello: Sed Pace perinde
 Terra nihil melius culta vel Unda vehit.
 Flore Solum gaudet; Curvis sed Navibus Aequor:
 Condecorant altum Sidera Luce Polum.
 Pace Dei Cultus crescit: Respublica Pacem
 Optat, & exultat civica Pace Domus.
 Pace vigent Artes & aluntur Pace Camœnæ:
 Pace coli suctus, Pace fovetur Amor.

Marte Dei Cultus cesfat : Respublica Martem
 Odit & est tristis civica Marte Domus.
 Marte jacent Artes: nec aluntur Marte Camænæ:
 Marte gemit cœptus, Marte fugatur Amor.
 Martis Causa sumus, duri quod Crimina fœdis
 Jungimus ah Vitiis, odimus atque bonum,
 Fronte superbimus: Sitis Auri Corda fatigat:
 Invidiæ Labes Pectore viva sedet.
 Candor in hoc Ævo moritur: Dilectio friget:
 Friget Amor: cesfat spargere Dona Manus.
 Displicet Urticis numerosis confitus Hortus,
 Et placeat fœdis Gens onerata Malis.
 Siregat humanos igitur Pax aurea Cœtus,
 Sique Solum vireat, floreat atque Polum;
 Cura sit hæc nobis, ponamus Crimina fœda,
 Justitiam contra nos coluisse juvet.
 Non rapiat Pectus nostrum male sana Voluptas,
 Nec cumulandarum noxius Ardor Opum.
 Næ positis Vitiis Pax grata redibit in Orbem,
 Et fœcundabit Jugera nostra fatis.
 Ut fiat tandem, pia subter Fornice Cordis
 Jam calidi facio ac consecro Vota Deo:
 Orbi da Pacem, placidam da Jova Quietem,
 Da Tibi fidenti Regna beata Poli!
 Hæc, tua legisfer cum Pacis Vota, *Sacerdos*,
 Rescribi jusfit mox Tibi Musa Metra.
 Dispereat Bellum, quo fervent omnia! Pacem
 Optatam videant Lumina nostra! Vale!

LXXXI. *De. G. F. P. d. 29. Mart. 1712.*

Quæris, Conjugium num possit rursus inire
 Mysta, cui periit Morte Marita prior?
 Miror, cur quæras! Viduo, Discrimine demto,
 Permissit dudum Vota secunda DEus,
 Ut quamcunque velit, sublata Conjuge prima,
 Citra Peccatum ducere sponte queat.

Exci-

Excipis: A Viduo sed differt Myſta, Virumque
 Unius hunc tantum Conjugis eſſe decet. *
 Sic eſt: Nec Cælebs maneat, nec Conjuge viva
 Myſta ſit alterius captus Amore vago,
 Quod fuit haut rarum tum Gentes inter & inter
 Judæos pariter, qui πολὺ-ſæpe-γαμοί.
 Improbatur hoc Paulus, ſed non negat inde, priori
 Conjuge ſublata, Vota ſecunda Viro.
 Nec Myſtæ potuit Vota hæc iterata negare,
 Urere qui prohibet, nubere quique jubet! **
 Si cui Mens alia eſt, vix ſanam dixero, talis
 Diſcipulus Pauli nec genuinus erit.
 Hæc Tibi ſufficiant. Autorem perlege, noſtris
 Dextera quem junxit, nam Tibi plura dabit.
 Vive diu felix & Conjuge Morte perempta
 Contrahe, ſi lubitum, Vota ſecunda brevi,
 Fiat at in Domino, quia quæ non Jova ſecundat
 Hæc minus eſſe ſolent Vota ſecunda diu.
 Judicioque DEI juſto, fert alter Amorem
 Illius, junxit quam Tibi cœcus Amor.

LXXXII. Dn. Chriſtiano Anſorgen, Pa-
 ſtori. Quiliſium d. 8. April. 1712.

Accepſiſſe tuam me, Vir reverende, Lituram
 Hæc volui Charta ſignificare Tibi.
 Cui quoniam junctis fuit utilis iſte Libellus,
 Quem dudum optavit volvere Dextra mea;
 Inde Tibi Grates, ceu fas eſt dicere, dico,
 Linguaque quas dicit, Dextra referre parat,
 Dum Tibi noſtra Typis excuſa Poëmata mittit,
 Quorum non paucis Lectio grata fuit.
 Non paucis, inquam, ſua queis Præcordia nemp̄
 Effuſit Titan de meliore Luto.
 Omnibus haut potui placuiſſe: Quid inde? Nec ipſe
 Omnibus in Mundo Jova placere poteſt.

G 4

Myſta-

* 1. Tim. 3, 2. ** 1. Cor. 7, 9.

Myſtarum è Numero fuit unus, cui mea Bilera
 Moverunt metricis Verba coacta Modis.
 Is mihi cumprimis indignari inde videtur,
 Quod ſua non DN Nomina clara gerant.
 Optimus Interpres Verborum quiſque ſuorum:
 Et Tituli Interpres optimus eſſe queo.
 Meque ſat explicui jam dudum *γερμανικῶς* miſiſis,
 Edocui multo queis meliora Virum,
 Pollicitusque fui poſthac, pro ſimplice DN
 DN vel quadruplex huic Tituli - cupido
 Ac id cum Titulo pleno vidiffis juvabit,
 Carmina cum fuerint noſtra recuſa Typis.
 Cui Titulus modicus non ſufficit, ille ſuperbit,
 Ingenuiſque Viris non placuiſſe poteſt.
 Inſtat, quæ ſacris nos implicat, Hora, Valere
 Ergo diu, *Frater*, Te jubet atque Tuos

Colhard

LXXXIII. *Dn. Godofredo Schulgen, Pa-*
ſtori. Werderium d. 8. Apr. 1712.

Quem placuit quondam Studiis concedere noſtris
 Jam tenet ipſa Librum Bibliotheca mea,
 Nam parvo Pretio venalem nuper eundem
 Urſipoli expoſitum Dextera noſtra parat.
 Ergo tuum Librum Tibi, *Vir reverende*, remitto,
 Quippe perinde poteſt utilis eſſe Tibi,
 Sed quoniam lubuit mihi gratificariet iſto,
 Inde ſimul Grates Peſtore dico Tibi,
 Quas referam pariter, Tibi ſi prodeſſe viciffim
 Ulla in Re potero. En Dextera Fideſque! Vale!
 Sed valeat Tecum Conjux fecunda Puellis
 (*Leta cui referas Nomine Verba meo*)
 Quin valeat Soboles, Facies cui pulchra Colore
 Sat niveo niter & quæ tua Cura, diu!

LXXXIV.

LXXXIV. *Dn. Christiano Sericfen, ss. Tb.*

Candid. Cüstrinum d. 9. Apr. 1712.

Fida Ministra tui Sermonis Litera nuper
A me quem cupiit, quem petiitque Librum,
Hunc capit in præsens, sed crudum, Dextera vestra
Et sicut spero, sat capit huncce cito.

Si placet Exemplar Studioſo mittere, cujus

Nomina charta vocat vestra, perinde mihi.

Sic tamen ut largo conspergas Rore Salutis

Inſimul hunc Juvenem Nomine nempe meo.

Dignus Amore meo est & dignus Munere nostro,

Cuique proin quævis prospera Corde precor.

Reſtor Disceſſum meditatatur & ibit in Urbem

Francfurtum dictam, si modo Fata volunt.

Et *Collèga* meus *discepulus* Verba futuro

Bis quinto Aprilis proferet Ore suo.

Sed Locus haut constat mihi, constat at esse profectum

Tali Fine Virum, cujus Amore flagro.

Meins nuper Fatis concessit, Patribus ergo

Posthac conscriptis anaumerandus erit

Falmer Cisarum Præfectus, namque Petito

Annuit illius, qui Diadema gerit.

Grammata jam cogunt mea me finire parata

Prandia, queis inhio. Dico proinde: Vale!

LXXXV. *Dn. J. F. Fritschio, J. U. C. Bu-*

coviam, d. 9. April. 1712.

Quæstio, quam lubuit nuper proponere nobis,

Magni Momenti est, *Fautor amande*, tua.

Qui sapis hanc sopi ob Plebem, cui possit utramque

In Partem Dubia hæc multa movere, rudem.

Judicium suspendo meum, quod Tempore coram

Pluribus exponam commodiore Tibi.

Mallem non factum, quod factum est, utpote gnarus,

Sic facile infirmis Scandala posse dari.

Sed quicquid tandem, dicam quod sentio coram.
Interea belle, *Fautor amande*, Vale!

LXXXVI. A. C. I. V. d. 6. Maji 1712.

AUDIO, quod fervens urat Præcordia Febris
Et quod Tantalea torqueat Ora Siti:
Audio, quod Stomachus, quæ mandis, respuat atque
Ossa tegat Macies nec juvet Ora Cibus.
Hæc alio pariter sum passus Tempora Fata
Atque laboravi Febre flagrante diu,
Nec fuit in Medico quodam, relevarer ut æger,
Nam docta valuit Plus (dolor!) Arte Malum.
Abstulit at tandem medicando Jova Dolorem,
Solut & Auxilium præstitit ille mihi.
Fide perinde DEO, qui solus pellere Febrem
Et firmas Vires restituisse potest.
Credo, quod & contra Vim Febris crescat in Hortis
Pharmacum & multos Succus & Herba juvent,
Sed renuente DEO profunt Medicamina nulla,
Pharmaca quin quævis sic Aconita ferunt,
Fide proinde DEO, fidentem haut deferet ille:
Quodque gravat Corpus, fer patienter Onus,
Namque solet levior fieri fidendo, ferendo
Sperandoque atrox, qui ferit Ossa, Dolor.
Febre laboranti jam scripsi plurima paucis,
Cui det Fata brevi prosperiora DEUS!

LXXXVII. Dn. *Andreas Besfelio*, SS. Theol.
Candid. Giesenbrügge d. 6. Jun. 1712.

PLURA dabunt illi, quibus Horæ Gratia larga est,
Tantula tantillo Tempore Vota cape.
I Bone, quo Virtus tua Te vocat: I Pede fausto,
Grandia laturus Præmia pro Meritis.
Te Deus ire jubet, Deus & Comes adsit eunti,
Sospitet incolumem Te Deus ipse diu.

Ut

Ut queat augeri per Te hujus Gloria Templi,
Inque Solo inque Polo Præmia grata feras.

LXXXIIX. A. C. I. V. d. 8. Jun. 1712.

NUm sint vera rogas, quæ publica Fama susurrat,
Quod Symmysta velit dicere Sanno Vale?
Quod Res est retulit Tibi Fama: Vocatus abibit
Sanno Hammelspringum concomitante Deo.
Sed commendato Juveni decernere Spartam
Illius, Arbitrii non mihi crede, mei est,
Integra nec Res est, auditi quippe fuerunt
Jam Xunz & Gerifen, Besfelius, Rhadian.
Quorum notus erit, Tibi forsitan unus & alter,
Sunt Ætate Tibi, ceu puto, namque pares.
Præripet reliquis Palmam, me Judice, Besfel,
Hunc quia commendat, qui Diadema gerit.
Quin mihi, quin cunctis ejusdem Dona probantur,
Ut velit huic Animam credere quisque suam.
Dic commendato Juveni: Paulisper Amice
Expecta! Donec Te vocet ipse Deus.
Quod proponit Homo, negat hoc plerumque Polarcha,
Ast Homo quod renuit, sæpe Polarcha jubet.
Da Veniam Calamo conciso, namque Labores
Εγκυκλιου prohibent scribere plura. Vale!

LXXXIX. Dr. Samueli Fabricio, Pastori,
Micro-Bernoam. d. 15. Jun. 1712.

EX me scire cupis, num sint hæc consona vero,
Quæ de Symmysta decrepitoque sene
Publica Fama Tibi retulit, quod vixerit ille
Integrum Seclum, bis quatuorque Moras.
Res mihi nota fatis, Viduæ à me quippe rogatu
Funeris huic habita est Concio sacra Viro.
Ergo tuo asfurgam jam, Vir reverende, Petito
Dicturus, sicut Res mihi nota, lubens,

Hic

Hic Senior Michael Kirchnerus Nomine dictus
 Virtute antiqua Vir fuit atque Fide
 Lustra decem vegetus septemque is tradidit Annos
 In Pago *Schönfeld* Dogmata sacra Dei,
 Curriculum Vitæ quod consignaverat ejus
 Dextera testatur, quod bonus iste Senex
 Elapsi Secli quarto Anno vivere cœpit
 In Pago *Langfeld* qui prope *Mühlbusum*.
 Quæsitivum Panem Puer Ore tremente rogando.
 Orbis utroque cito namque Parente fuit.
 Postquam ter senos paulatim adoleverat Annos
 Tum cœpit Musis invigilare bonis,
 Atque frequentavit *Northuse* circiter Annos
 Septem Gymnasium: Deinde Lycea petit.
 Quæ *Magdeburgi*, *Stralsunde*, quæque *Cratippos*
Urspoli ac alibi tunc aluere probos.
 Tandem *Fürstwaldam* migravit, & inde salutatur
Leucoridas Musas atque receptus adit.
 Non Puer aut Juvenis fuit amplius, utpote jamjam
 Sol hoc confecit Tempore Lustra novem.
 Hunc *Fürstwaldæ* Lustris bis quinque peractis
 Cantorem Patres constituere Scholæ.
 His superaddendo Lustrum, en accurrit is Annus,
 Quo *Schönefeldam* Mystra vocatus abit.
 Anni præteriti discessit Luce Decembris
 Bis decima & prima, quod meminisse potes.
 Hæc ex Curriculum Vitæ contracta notavi:
 Gnatorum poterit plurima Triga dare.
 Qui Seclum ac Annos quatuor bis vixit in Orbe,
Kirchner in æternum vivat in Axe Poli;
 Jure quidem nostri Miraculum Temporis audit,
 Secula cui similem sero futura ferent,
 Sufficiant Tibi dicta, ingens quem sæpe Novorum
 Cura tener: Teneat Te quoque Curam ei,
 Et Prece devota nostram, *Vir chære*, Salutem
 Commendare Deo perge, Valeque diu;

XC. Dn. Georg. Adam. Schindlero, Pastori.

Wilmerstorffium d. 21. Jun. 1712.

OMnia nunc rident, nunc formosissimus Annus;
Omnia Lætitia dant bona Signa novæ;

Gloterat immenso de Turre Ciconia Rostro;

Et Philomela canit Nocte Dieque Melos:

Prataque nunc rident: Messēs promittit opimas

Pinguis Ager, Varias nunc habet Hortus Opeſ:
Parturiet si lætus Ager, si fertilis Arbor,

Rupturas Messēs Horrea vix capient.

Σύγγερον, ille tuus præſenti Tempore multum

Rideret, præſto si foret ille Tibi.

Hunc tua Lingua quidem crebro invitavit amice,

Nulla sed invitat nunc tua Charta Virum.

Fac ridere queam durante hoc Tempore grato

Ædibus in vestris Lætitiaque frui.

Tempus ut est aptum, sic sunt mihi Corporis Artus

Firmi. Quin sparsus Semine noster Ager.

Quamque mihi Veniam non raro Sparta negavit,

Hanc negat in præſens non mea Sparta mihi.

Omnia nunc rident! Mecum ridebit Amica

Invitata simul γράμμασι, Chære, tuis

Omnia nunc rident! Ridebit mascula Proles,

Utraque ridebit sic quoque Gnata mea,

Quamprimum his ad Te veniendū plena potestas

Per tua, Myſta Dei, Grammata facta fuit.

Omnia nunc rident, nunc formosissimus Annus!

Oedipus es, capies, quæ loquor, ergo Tibi;

Sic claudio Rivos, tua quum conspersa Saluris

Rore satis grato largiter Uxor erit.

Sospitet incolumem Te semper Rector Olympi!

Sospitet is Costam! Sospitet ille Socrum!

XCI. Eidem d. 1. Jul. 1712.

SUB tua Tecta vocat me Litera misſa Sacerdos,
Litera quæ lecta per-mihi-grata fuit.

Rem

Rem mecum reputans facilis subscribo *Petito* :
Fiat ! si vivo si valeoque bene :
Fiat ! si Veniam concedunt Munia sacra :
Fiat ! de Cœli ni fonet Axe Fragor :
Fiat ! ni densi fundantur Nubibus Imbres :
Fiat ! ni fiant Compita cana Nive :
Fiat ! ni propera languescant Lumina Morte :
Fiat ! ni Cœlum, quod micat, ante ruat.
 Sed Curram mittes cum Bigis sive Quadrigis,
 Quo bene, quo felix ad tua *Tecta* ferar.
 Propter Verrucas, queis vexor, carpere Callem
 Non possum Pedibus deficiente Rota,
 Ergo si veniunt spumantes Ore Caballi,
 Carpeno juncti, *Tecta* subintro tua.
Tecta subintrabit tua mecum nostra *Marita*,
 Dummodo, quod spero, Corpore sana manet :
Tecta subintrabunt tua mecum *Pignora* nostra
 Quotquot nimirum suppetit usque Thorus :
Tecta subintraret tua mecum *Sanno* Sacerdos,
 Qui Collega meus, Compater atque tuus ;
Tecta subintraret tua mecum *Sablon*, ab Annis
 Retro aliquot nobis junctus Amicitia :
Tecta subintraret *Wagnerus* vestra perinde,
 Qui præest nostræ Duxque Caputque Scholæ :
Tecta subintraret pariter *Steinbergius* ille
 Qui vestre *Palmam* gestat Amicitiaë :
Tecta subintrarent tua mecum, quotquot in Urbe
 Nostra suspiciunt Nomen *Amice* tuum ;
 Ast horum quoniam Nemo invitatus honeste,
 Idcirco malunt hi latitare Domi,
 Quippe tenent tritum nimis alta *Mente* repostum :
 Non invitatus qui Tibi gratus erit ?
 Hinc adero solus cum *Costa*, aderuntque *Puella*
 Cum *Pueris* binis concomitante *DËO*.
 Quo factò referam, quæ non committo loquaci
 Jam *Calamo*, coram. *Litera* scripta manet !

Litera

Litera scripta manet, nec raro Incommoda multa
 Scriptori præter Spem solet illa dare.
 Sub Calcem Chartæ moneo, ne More recepto
 Lautos suppeditet prodiga Mensa Cibos.
 Splendida Mensa mihi fert ut Fastidia longa;
 Sic modica é contra Gaudia grata parit.
 Nec comesandi Causa Te, Σὺγγωνί, viso,
 Sed confirmandi Fædus Amicitia.
 Quod citra Luxum fieri cum possit, *Amice*,
 Cur vario titubet Pondere Mensa Dapum?
 Non ut edam, *vivo*; Sed edo, quo vivere possim:
 Restinguique Sitis quo queat, inde bibo.
 Si dat Oluscula Mensa minuscula Pace repleta!
 Si pressi præsto Copia Lactis erit;
 Grandia non equidem peto Prandia Lite repleta,
 Nec peto, quas nobis India mittit Aves.
 Si *Falkenbagen* Porum Vicina ministrat,
 Nulla cui Thetidis Munera mixta sient,
 Per me *Crosnensis*, sic *Carthusiensis* & ipse
Fürstenwaldensis Potus abesse poreit.
 Si Vinum præsto *Rbenanum*, aut dulce *Falernum*,
 Absit, quod profert *Urbs Viadrina*, procul.
 Vinum præbet Equum dicturis grata Poëtis:
 Frigebit Carmen mox ubi potat Aquam.
 Hoc *ωολυγγοβιανος* bene si *Schindlers* notabis,
 Indubie nobis Vina Falerna dabis.
 Sed ne multiplices onerem Sarmone Tabellas,
 Finio cum Voto: Vive! Vigescé! Vale!

XCII. Dn. J. F. Fritschio, J. U. C. Bucovi-
 am, d. 13. Aug. 1712.

Vir præstans, Phœboque nimis dilecte, proinde
 Toti Musarum semper amate Choro
 Regia quæ nuper Mandata excerpta roganti
 Concessit facilis Dextera nostra Tibi,

His

His opus est hodie nobis, *Patrone Colende;*
 Ac adit in præsens Te mea Charta brevis,
 Quæ Tibi cumprimis dicat Curam esse gerendam;
 Ut mox hæc repetant regia Jusfa Lares,
 Hæc postquam monuit non ultimus inter Amicos,
 Quos Tibi Sors junxit, quos Tibi nectit Amor,
 Id vovet, ut tutus sub Jovæ Umbone quiescas
 Conjuge cum chara Filiolaque diu,
 Et petit, hunc solito digneris Amore, Favore,
 Quem nosti, & totus qui tuus esse cupit,

Colbardum.

Detrahat impressum *Fritschi* Manus hæc Sigillum
 Cum *Mulis Phœbus* quem colit atque fovet

Bucoviæ.

XCIII. P. C. O. d. 18. Aug 1712.

Quid faciam, quereris vicini Compatriſ cheu!
 Sæpe tacens Odii Semina Vultus habet?
 Cum Mel in Ore gerit, gerit idem in Corde Fel atrum:
 Cum sputat Os Nectar, Mens Aconita vomit.
 Quid facies? Arde Olorem hunc & dilige Corde:
 Quid facies? Benedic & bona quæque vove;
 Quid facies? Benefac, vel tandem fiet Amicus:
 Quid facies? Audi, dum potes, atque tace;
 Quid facies? Perfer, Dolor hic Tibi proderit olim:
 Quid facies? Ora, sic Tibi Jova prope:
 Sique facit Tecum, cui subsunt omnia, Jova,
 Quæ noceat Capiti Vis inimica tuo?
 A multis Annis ego perquam rideo, si quis
 Oderit infontem me, cupiatque mori.
 Non Odium tantum funestum sorbeo promtus,
 Sed mihi quod credas, concoquo letus idem.
 Nam qui nos Odio sic infectatur acerbo,
 Næ sibi permultum, nil nocet ille mihi.
 Quod pia Fata volunt, Hominum non invida tollent
 Vota: Sit in Veris, quod pia Fata volunt.

Oppida

Oppida forte brevi, Duce Jova, transeo vestra,
 Plura Tibi coram tum mea Musa dabit.
 Interea talem Te præsta semper, *Amice*,
 Qualem qui Christum prædicat esse decet.
 Fide DEO, qui non fidentem deseret unquam,
 Proque Osore simul fer pia Vota DEO.
 Ille dabit, bona quo vel tandem Causa triumphet,
 Sublatoque Odio Præmia grata feras.

XCIV. *Generoso Domino, Dn. Balthasari
 Dietloff de Wulffen, Chiliarche Regio. Steinhöfelium d. 21. Aug. 1712.*

Quem Genus antiquum, Majorum Gloria, quemque
 Martis honestat Opus, laudat & Artis Honos,
 Mæcenas, cujus Nomen Laudesque manebunt,
 Dum Juga Montis Aper Stagna que Piscis amat.
 Ludit in humanis divina Potentia Rebus,
 Et facit, ut doceant, quæ nocuere prius.
 Nam DEus affligit perquam, solatur at idem:
 Sauciat, & rursus faucibus Corda ligat:
 Curat, quando urit: sanat cum sauciat: Ungit
 Cum pungit: Secat, at non tamen Ense necat.
 Hæc vivit multis Exemplis Regula: Vivit
 Exemplo pariter, *Vir Generose*, tuo.
 Nuper Filiolam lugubri Voce dolebas
 Imbre per indignas usque cadente Genas,
 Et merito: Caronamque fuit de Carne Parentis,
 Cujus in hac sola pallida Cura stetit.
 Hanc Conjux Tecum flevit generosa, proinde
 Implevit querulo sapius Ore Domum,
 Flebant præterea Vobiscum flentibus omnes,
 Quos Sanguis clarus, quos Tibi junxit Amor.
 Nec mirum, quoniam vehemens Vis storgica, Gnata
 Cumque Dolore cadit, dum cadit Illa gravi.
 Sæpius in tali Casu Dolor intima vexat
 Viscera, nec justum novit habere Modum.

H

Æstuar,

Æstuat, exstimulat, mordetque subinde recursans,
 Infœmnisque cubans, in-que-cibatus agens.
 Sed quicquid tandem: Luctum in pia Gaudia vestrum
 Ipse DEUS vertit, qui bene cuncta facit.
 Sustulerat Gnatam per Mortem, reddidit idem
 Formosum Gnatum pro Bonitate sua.
 Dum Te fecit heri dilecta Prole Parentem
 Conjugis optato nempe Puerperio.
 Fletibus ergo, diu qui in amaros Lumina Fletus
 Solvisti, posthac parce, *Patrone*, tuis.
 Indue nunc Vultus lætos & Pectore grato
 Suscipe Filiolum, quem Tibi Jova dedit.
 Gaudeat & Conjux (cui proh Fastidia Menses
 Longa decem tulerunt) Lætitiæque fremat,
 Quod Genetrix iterum sit facta enixa Puellum,
 Qui Generis Splendor, qui Decus esse potest.
 Cognati, Gnatam qui sublatam ante dolebant,
 Jam nova concipiant Gaudia Corde suo,
 Et dicant: Vivat Spes Solamenque Parentum!
 Vivat iò Gnatus Nestoris ille Dies!
 Vivat, & ex Voto nostro, dum splendet Olympus,
 Hunc & Fortunæ Munera larga beent!
 Vivat! Et ut Titulis est nobilitatus Avorum,
 Sic Virtute olim nobilis ille fiet:
 Sint Curæ & Cordi Lex, Ars, Mars semper eidem,
 Quæ vere demum nobilitare queunt.
 Vivat cumprimis Jovæ gratisimus Hæres,
 Acceptusque Viro, qui Diadema gerit!
 Sit Spes firma Patris, sit Matris summa Voluptas,
 Semper Avoque pio Gaudia grata creet:
 Si mea Vota valent, sic vivat in Orbe Tenellus,
 Vivere quo tandem possit in Arce Poli.
 Exitus ut Voto respondeat, inde Salutis
 Anxia Te Gnati Sollicitudo tener.
 Charta proinde vocat tua, qui Baptismatis Actum
 Sacrum præsentem condecorare queant.

Pro

Pro tanto, quo & me non dedignaris, Honore,
 Grates devoto Pectore canto Tibi,
 Quas Tibi, ceu fas est, dicet mea Lingua perinde,
 Quam primum Pedibus Tecta subintro tua:
 Nam memor Officii veniam, si sacra perenti
 Munia dant Veniam, concomitante Deo:
 Nec me tardabunt effusi Nubibus Imbres,
 Neo Via per jactas candida sacra Nives.
 Sed peris, ut peragam sacrum Baptismatis Actum:
 Annuo, sub certa Conditione tamen,
 Nempe Loci Pastor si non dissentiat, ejus
 In Messem Falcem mittere duco nefas.
 Vir bonus est, quem cana Fides, quem Candor honestat
 Cujus de Assensu nec dubitare licet;
 Sed tamen Officii Partes quo cedat Amico,
 Ceu decet & fas est, ante rogandus erit.
 Figere jam Calamum decet & finire Lituram
 Æra quater postquam Signa dedere sacris,
 In Templum festino proin facturus ibidem
 Munia quæ poscunt auxiliante Deo,
 Ante tamen solito Tibi dico More: Valetio,
 Ac Animo, Lingua, Reque faveto mihi.
 Sed Tecum valeat simul enervata Marita,
 Cui Vires subito reddere Jova velit,
 Sæpius ut pulchram Partu queat edere Prolem
 Atque Domum fido multiplicare Thoro.
 Ni grave, conspergas hanc grato Rore Salutis
 Nomine Compatriis, *Vir Generosè*, novi.
 Et Proles, quæ jam generoso Sanguine Vobis
 Edita, sic pariter vivat ovetque diu,
 Sitque, quod ex Animo precor, olim dulce Levamen
 Curarum ac Senii, *Vir Generosè*, tui.
 Quin tua Natorum sic Triga supersit, & usque
 Duret ad extremum Gloria vestra Diem.

XCV. Ηγοο Φώνησις ad Generosum Chri-
stianum Ludovicum de Wulffen, Ann. 1712. d. 20,
Aug. Horologio Digitum intendente in tertium
Quadrantem Hora quinta pomeridiana felici Par-
tu editum & 22. August. sacro Baptismatis
Fonte tinctum Steinhöfelii.

Parvule, nunc gaude! Nunc, Parvule plaude per-
inde
Signaque Latitiæ Pectore redde novæ!
Gaude! Nam Tibi parta Salus, & Christus ab omni
Te nunc mundavit Crimine Fonte sacro:
Plaude! Deus Tecum jam sanctum Fœdus inivit,
Est Pater, & Gnatum Te vocat ille suum,
Aque tuæ stabit jam partibus ipse Salutis,
Ne noceat Capiti Vis inimica tuo.
Qui Tibi sub charæ Genetricis Pectore præsto
Adfuit, & Vitam qui dedit ipse Tibi,
Is tegat, is regat & lubrico Te servet in Orbe,
Ac Lateri Custos adstet ubique tuo.
Quin Tibi (quod voveo calidi sub Fornice Cordis)
Attribuat tandem Regna beata Poli:
Fiet! si in Merito Christi ac Pietate recumbes
Quod Via, quæ recto ducit ad Astra Gradu est:
Fiet! *Christiani* si Parvule vivis in Orbe
Immemor haut unquam Nominis ipse tui:
Sique proin facies, Tibi quæ facienda, libenter,
Ac fugies contra, quæ fugienda Tibi,
Immemor ergo tui nunquam Baptismatis esto,
Sic nequit omnipotens immemor esse tui:
Divino potius Te complectetur Amore,
Eque Solo in celsum Te vehet usque Polum:
Interea Genetrix Te mulceat! Omnis & in Te
Stet chari Patris Cura perinde tui!
Næ sic felicem Te terque quaterque beatum
Jure celebrabit, *Parvule*, Lingua mea:

Quin

Quin tacitus Tecum gaudebo, proque Saluto
Susceptor faciam candida Vota Deo.

XCVI. *Filio, Christoph. Adolpho Colbarde,*
Gymnasii Berolinensis Civi. d. 26. Aug. 1712.

Carmine, Gnate, tuo lecto, bis terque relecto
Gaudia Cor patrium mox subiere pia:
Talem namque Deo Duce te confido futurum
Qualis es à teneris cognitus inde mihi.
Sed Vox *præprimis* non arridere Palato
Vult, Uſu quamvis invaluisse sciam,
Aque Viris doctis sæpe usurpetur, in Oris
Non tamen hæc Latii nota perinde fuit.
Pro qua substituas *cumprimis, præcipueque,*
Utitur his etenim Tullius ipse tonans.
Formula: *Gymnasii pro Tempore Civis*, & illa
Perquam suspecta est, *Gnate*, perinde Patri
Scribunt sic docti, sic indoctique subinde,
Interea Aufoniam non tamen illud olet.
Se vocat Officio indignum, *pro Tempore* qui se
Civem, Pastorem, nuncupat atque vocat. (a)
Rectius ergo dabis posthac: *Hoc Tempore Civis*
Gymnasii, hæc doctis Forma probata Viris.
Quæ monui, bene, *Gnate*, nota, vitæque deinceps,
Da Studiis Operam naviter, atque Vale!

XCVII. *Dn. G. C. T. C. C. d. 26. Aug. 1712.*

Ille tuos tenus hac non ultimus inter Amicos
Scanderat æger Equum deficiente Rota,
Quo sic vicinam cupidus veheretur in Urbem
Ære paraturus quicquid haberet opus,

H 3

Cum

(a) Pro Tempore *Pastor, Rector, Civis, &c. Christiano*
Adamo Ruperto in Mercurio Epistolari p. 81. ex
Mamertino observante, est Romane loquendo, ad
quem Honor Penuria meliorum delatus est.

Cum quæ fortassis tua Dextera fecerat ollî,
 Insperato offert Grammata chara Manus,
 Quæis lectis iterum descendit sponte Caballo,
 Et Tibi respondet pauca volante Manu.
 Nam percontanti, nostra quid in Urbe geratur?
Nescio! responder nescius ipse novi.
 Sic percontanti *Sablon* num vescitur Aura?
Nescio! responder Charra perinde Viri.
 Et percontanti, *Sanno* quo Tempore abibit?
Nescio! responder languida Dextra Viri.
 Quin percontanti, novus an *Symmysta* vocatus?
Nescio! responder nunc quoque Crena Viri.
 Namque sua quod non refert, contatur & ægre,
 Novit enim, esse leves queis vaga Cura novi.
 Scire cupis, Rerum quid agant, qui Sanguine juncti
 Sunt propiore Tibi? Pauca referre lubet:
 Inter se læti Convivia mutua curant.
 Ergo valere Tuos atque vigere liquet,
 Sed quia non *Davus* sed nobis *Oedipus* audis,
 Quid velit, olfacies, his sibi *Musa* mea.
 Concisum *Calamum* excipiet prolixior, Urbis
Incola cum dicet me rediisse *Domum*.
 Interea sic vive Solo, quo vivere tandem
 Inque Polo possis atque Salute frui.

XCVIII. *Dn. M. Casparo Cosmaro, Pastori.*
Arenstorffium d. 8. Sept. 1712.

Litera, videndum est Tibi rursum! Frena, proinde
 Injice Equo bajo, ceu decet, absque Mora.
 Sed quorsum vades? in Pagum forsân *Arenstorff*?
 Sic volo: mox illuc vade bonis Avibus!
 Cumque aderis, Foribus bis terque quaterque *Magistrâ*
 Pulsatis instar *Stentoris* Ore boa:
 Heus! ubi nunc latitas? Heus! heus! venerande
Magister,
 Fortassis dormis? Aut meditaris? ohe!

Heus

Heus aperi Portam! quia standi nulla Voluptas,
 Nam DEus hos Agros Imbribus ipse rigat.
 Intromissa Viro cum tanto cede modesto
 Vultu Sermones forsitan hocce Modo:
 Nomine Pastoris vicino dico Salutem
 (Quo mandante adsum) *Vir reverende, Tibi.*
 Nosse cupis Rerum quid agat, fortasse *Magister?*
 Expediam paucis: Ingerit ille bene:
 Digerit ille bene: Egerit ille bene: Atque proinde,
 Gratia sit Jovæ, sat valet ille bene.
 Et vovet ex imis Fibris contingat, Jova
 Dante, Valerudo firma perinde Tibi.
 Legit, quam nuper concessit Dextra petenti,
Harmoniam Maji sedulus ille tuam:
 Lectam jam per me Tibi, *Vir reverende, remittit,*
 Ut profit posthac Usibus illa tuis.
 Insimul & Grates Tibi solvit Corde, legendum
 Quod voluit Libram cedere chara Manus.
 Judici illius Liber hic dignissimus Auro
 Et Cedro est, cujus Lectio lecta placet.
 His dictis jubeas reverendum, Litera, Mystam
 Porro valere diu, porro vigere diu,
 Atque Lares repetas scandendo prompta Caballum,
 Cujus quod moneo, provida Frena regas,
 Interdumque Armos fodias Calcaribus olli,
 Ocyus ut moveat se remeetque Domum,
 Est Pede stlembus & hinc pigro Calcaria subdas,
 Si vis ire cito sique redire cito.

XCIX. S. G. I. V. d. 8. Sept. 1712.

Sacra Sacerdotis num Munia rite vocatus
 Detrectare queat, Litera misa rogat.
 Litera nostra negat, quod quærit Litera vestra:
 Officit, Officium qui fugit, ipse sibi.
 Ut cadit in Scyllam, qui vult vitare Charybdim,
 Sic Cætum, in Cætum, qui fugit, ille cadit.

Vade proin; summus quo Te jubes ire Sacerdos,
Ipse fecundabit sic tua Cœpta. Vale!

C. *Dn. S. Fabricio, Pastori Micro - Bernoavi.*

d. 9. Sept. 1712.

Quod tuus hoc Anno Pomis exuberet Hortus,
Nuncius affirmat, qui mihi Gramma dedit.
Gratulor inde Tibi, & maturefcentia Poma
Ut tua decerpat Dextra, subinde precor.
Et mihi fecundus dotalibus Hortus in Agris
Est, qui promittit dulcia Poma satis.
Sed dubito, Fœtus mea num decerpserit omnes
Arboreos (quorum Copia magna) Manus.
Ut spolient Hortos furgunt de Nocte Latrones,
Hortus erit dicti Testis, Amice, meus,
Quem plantasse proin me pœniter atque rigasse,
Nam Fœtum arboreum Fur sceleratus habet.
Sed tamen interea dum ridet in Arbore Pomum,
Dum Genere id vario, dumque Colore nitet,
Parva suburbani Munuscula mittimus Horti,
Ut Color afficiat Te, recreetque Sapor.
Munera Muneribus nunc compensabis Amice,
Sponte remittendo, quas tulit Hortus, Opes,
Quæ varii Generis variique Coloris & inde
Poma meo Stomacho grata futura reor.

Cl. *Christoph. Adolph. Colharo, Gymnasti*

Berolinensis Civi. d. 10. Sept. 1712.

Gallica quod jungas, *Fili*, Documenta latinis,
Edocuit clare Litera misa Patrem;
Hinc petis Argentum, quod solvat Dextra Magistro,
Qui tradit felix hoc idioma tibi.
Laudo Conatum, citius nam scandit Honoris
Sellam, qui Juvenis Gallica doctus erit.
Et quamvis hodie non turgeat Aere Crumena,
Tantillum tamen Aes promere prompta fuit.

Charta-

Chartaque quæ petiit nova Lexica Gallica, *Fili*,
 Urſipolin veniens Aere parabo lubens,
 Messem cum tardent effusi Nubibus Imbres,
 Ædibus absentem non licet esse Patrem.
 Quod superest, ora, DEUS ut tua Cœpta secundat,
 Daque Operam Studiis Nocte Dieque bonis.
 Cumque nihil Juveni queat illecebrosus esse
 Quam Mulier, Nox & Pocula plena Mero;
 Hæc tria cumprimis vita dulcissime *Fili*,
 Ac Cane mordaci pejus & Angue fuge.
 Nox & Amor, Vinumque nihil moderabile svadent,
 Scite, si memini, sic Venusinus ait.
 Plura brevi coram, Jam te commendo Polarchæ
 Et precor, ut valeas proficiasque bene.

CII. *Dn. Job. Günthero, Pastori. Christorf-*
fium, d. 12. Sept. 1712.

Recte transmissam nos accepiste Lituram
 A fida, fateor, *Vir reverende, Manu.*
 Sed cum per Curas, queis angor, perque Labores,
 Queis jam distineor, quos toleroque graves,
 Nequaquam liceat prolixum reddere Carmen,
 Pace tua expediat se mea Musa brevi.
 Scilicet exulto totus, cum Teque tuamque
 Costam cum chara Prole valere lego,
 Lætitiæque fremo, quod Temet Partibus ipsum
 Officii memoras posse vacare tui.
 Sospitet Omnipotens Te porro, sospitet idem,
 Quos de Carne tua noverit esse, diu!
 Protegat illius vos Dextera, fulciat illa,
 Corporis imprimis languida Membra tui,
 Quo præstanda queas porro præstare, tuamque
 Spartam ornare diu, quam Tibi Jova dedit.
 Rubmius in Pago, ceu nosti, sparsit Arenstorff
 Lustra decem *π 15 α 5* Dogmata sacra DEI,

Hunc hodie penitus Membrorum deserit Ufus,
 Deserit Ingenii Judiciiue Vigor,
 Prorsus ut Officio, cui præest fungier inde
 Ceu decet & fas est, nesciat ille sacro.
 Huic igitur fracto Adjunctum, Cognominæ *Cosmar*,
 Conscripti nuper constituere Patres,
 Flamen Elifæo DEus ut concessit Eliæ
 Sic huic dupliciter det quoque *πνευμα* Senis!
 Pagus Pastorem quem nuper respuit *Sermstorff*!
 En Pagus *Buchholz* huncce recepit ovans.
Müller cesit ei ad cœlestia Regna vocatus,
 Succesitque statim, Rege jubente, *Pudor*,
 Exilio Patriæ Fines qui liquit, abunde
 Auxilium sentit Præsidiumque DEI.
 Tempore duro Animum Nemo despondeat ergo,
 Namque DEus nescit deseruisse Suos.
 En nova Res nostræ Menti succurrit, Amice,
 Quam tribus hic Verbis commemorare libet.
 Nimirum *Sanno* nobis valedicet & ibit
 Ex Urbe in Pagum, Rege vocante, brevi.
 Vix Lapide hic Pagus *Templino* distat & idem
Sammelsprung Nomen fertur habere suum.
 Ergo Locum mutat sed non sua Munia mutat,
 Pastor ut ante fuit, sic quoque Pastor erit,
 Hujus Succesor dictus Cognomine *Bessel*
 Auditus sacra nuper in Æde fuit,
 Cujus, quod fateor, mi perquam Dona probantur,
 Quin Civis pariter quilibet illa probat.
 Det mihi Collegam solertem Jova probumque!
 Pastorem fidum det quoque Jova Gregi!
 Nunc claudo Rivos, quoniam sat Prata biberunt,
 Dicere sed liceat mi tamen ante: Vale!
 Sic valeat Conjux charissima! Sicque Puellas
 Cum Gnato ac Genero Jova valere sinat!

CIII. A. M. P. D. d. 14. Sept. 1712.

Censuræ nostræ tua Carmina subdis Amice,
 Et petis ut relegam Judiciumque feram,
 Quæ tua charta petit, feci, legi atque relegi
 Mentis ^{Angustia} Carmina sæpe tua.
 Insimul & quædam subducta, at pauca, notavi
 Lineola, quæ non nostra Camœna probat.
 Unicuique suum Caput est, Pileusque cuique.
 Improbat hinc alter, quod probat alter, idem.
 Hoc mihi fat notum est, Quæ non probat ergo Camœna
 Jam mea, forsan erunt ista probata tuæ.
 Per me deleri, per me quoque stare potestur
 Versus, subduxit quem mea dextra Manus.
 Plus Oculos quatuor, quam binos, posse videre
 Te Censura tamen nostra docere potest,
 Ipse quod advertes facilis, quum lecta secunda
 Post decimam fuerit Linea curva Tibi,
 Quæ Vitio duplici Te sic errante, laborat
 Quod mea Censoris demsit amica Manus.
 Res ego non carpo nec possum carpere Jure,
 Calleq; namque satis quod Venusinus ait :
 Libertas semper Pictoribus atque Poëtis
 Omnibus audendi quidlibet æqua fuit.
 Sed tamen ut semper digno dignandus Honore est
 Patronus quem vult Carmen adire tuum;
 Sic Monitu nostro digno digneris Honore
 Et vocites DOMINUM terque quaterque Virum,
 Insolitum, forsan regeres, hoc esse Poëtis,
 Nec DN Flaccus, Nasô, Maro que crepant.
 Sic est, qui quondam viderunt Aurea Secla,
 Hi rident DN nec facile Ore crepant.
 Ast hodie Titulis sunt omnia plena, proinde
 Sæpe suum DN qui crepat ille sapit,
 Extenso Digito Vulgo monstratur & ille,
 Laudeque magnifica fertur ad Astra prope.

Seâ

Sed qui non DN crepat aut qui dividit illud
 Morosophum Verbo, desipit ille nimis,
 Grammata possideo, queis scite dicta probantur,
 Quæ Tibi præsentî Dextra legenda dabit.
 Sed Risum teneas, poruit quem Nemo tenere
 Illorum, queis hæc Litera lecta fuit.
 Parturiere quidem Montes, sed prodiit inde
 Mus tandem trepidus ridiculusque satis.
 Autor enim nimium sibi dum confidit, abunde
 Id probat & prodit, se sapuisse parum.
 Quem sic Judicio lapsum dolet atque subinde
 Sanam illi Mentem nostra Thalia vover.
 Ne Tibi contingat tamen hoc, quod contigit ante
 Nobis, hæc DN dememinisse velis.
 Quam DN gratum est & quam venerabile cunctis,
 Qui Frontem caperant Ambitione truci!
 Dic, Titan sua quo de illis Præcordia Cæno
 Fingis, qui Fastu Pectora plena gerunt?
 Sed præstat Labrum Dignito compescere! Per me,
 Cui libet, huic DN quadruplicare licet.
 Quæ Baro de Canitz felici Carmina Plectro
 Deduxit, capiet Bibliotheca tua,
 Hæc mihi, si lubitum, per Mensẽ mirre legenda,
 Lecta remittentur mox Tibi pura. Vale!

CIV. Anno 1712. d. 16. Sept. Hagiosynedrio In-
 tercessionibus pro finitimis Peste infectis ordinante, Cur-
 rentibus Literis hanc ἀποφώνησιν ad Diœcesanos
 inseruit Diœcetes.

Tunc tua Res agitur Paries cum proximus ardet,
 Sed Paries ardet proximus Igne gravi;
 Nam Vicinorum turmatim Corpora Peste
 Funesta pereunt heu dolor! atque cadunt,
 Hinc tua Res agitur reversa, hinc Arma, repellas
 Queis rabidam Pestem, sunt capienda Tibi,
 Nempe Deum Precibus renovatis posce Sacerdos
 Finibus à nostris arceat omne Malum. Posce

Posce Deum Precibus devotis Nocte Dieque !

Exigit hoc Pietas ! Rex pius urget idem,
Perlege Rescriptum & Custodi trade deinde,
Vicino Mystæ quo ferat absque Mora.
Officii, Mortis, Cæli, Infernique Memento,
Cumque tuis Ovibus, Pastor amande, vale !

CV. *Viro Excellentissimo Dn. Eberhardo de
Danckelmann, M. S. M. d. 16. Octobr. 1712.*

Magna placent Magnis non semper, vilia magno
Nam Danckelmanno Carmina nostra placent.
Si magnis placuisse Viris non ultima Laus est,
Qui tanto non sit Laus placuisse Viro ?
Hac Autor ductus mittit nova Carmina, lecta
Quæ Danckelmanno si placuere, sat est.

CVI. *Generoso Dn. L. E. de Strantz, Cathe-
dralis Templi Sub-Seniori, Brandenburgum,
d. 27. Maji 1713.*

EDire Nobilibus, Mæcenas inclyte, priscis,
Gloria Musarum Præsidiumque meum !
Nuncius optatus cum quidam Nocte quæta
Pulfasset terque quaterque Fores,
(Qui tamen ad primum non intromittitur Ictum,
Quod dederam Somno jam mea Membra levi)
Æthera Stentoreis tandem Clamoribus implet,
Hosque suo repetit sapius Ore Sonos :
Heus aperi Postes ! heus ! heus ! dilecte Colharde,
Nuncius indubie sat tibi gratus ero.
Surge proin cubitu, & quæ portat Grammata Dextra,
Perlege, Lætitiæ næ bona Signa dabis.
Profilio excitus Somno, Portamque recludo,
Et sic ingreditur Vir bonus absque Mora,
Cumque salutasset me perquam comiter, idem
Tradit Epistolum Fasciculumque mihi.

Mox

Mox accerso Facem radiantem, Naribus atque
 Fasciculum interea sæpius admoveo.
 Miror! Caseum enim redoler: Sed Nuncius, unde
 Venisset nobis, nescius ipse fuit.
 Auguror! Augurio non asequor! anxia Mens est,
 Donec Epistolii solvo Sigilla Manu,
 Quod rutilante quidem Face dum mea Dextera patrat,
 Nomen, Mæcenas, mox lego, docte, tuum.
 Lætor! eoque magis, postquam perlecta fuisset
 A Capite ad Calcem Litera sæpe tua.
 Detraho Fasciculo subridens Signa repente,
 Et præsens Donum cerno, Patrone, tuum,
 Quod probat Auditus, quod Gustus, Visio. Tactus,
 Comprobat Olfactus denique noster idem.
 Caseus est etenim, quo nostro nempe Palato
 Vix ullum Ferclum gratius esse potest.
 Caseus est pinguis, cujus tua Dextra Clientem
 Participem fecit pro Bonitate sua.
 Caseus est, forma qui se commendat Amicis,
 Cujus Odor gratus non minus atque Sapor.
 Caseus est triplicis Generis, triplicisque Coloris,
 Cujus & Adspectus Lumina nostra juvat.
 Parmensis primus, Limburgensisque secundus,
 Tertius Hollandus, qui mihi notus, erat.
 Alter erat præstans, sed erat præstantior alter,
 Tertius his cedit nil Bonitate sua.
 Ignoro Formam primi, nam totius illud
 Quod mittis, saltem Pars quotacunque fuit.
 Alterius Formam dum spectro, spectro quadratam,
 Hollandus Formam fertque refertque Rotæ.
 Affecit Nares nostras Parmensis Odore,
 Affecit Gustu plus tamen ille Gulam,
 Sic Limburgensis Præconia summa meretur,
 Ejus enim Ambrosius Nectareusque Sapor.
 In nostram Hollandus quoties demittitur Alvim.
 Mox Crepitus Ventris pellicit horrifonos,

Nec

Nec mirum! siquidem quo pressi Copia Lactis
 Pinguior est, tanto plus crepat atque tonat.
 Sed Crepitus nostræ non officit ille Saluti,
Tugopharys Stomachum quum levet atque juvet.
 Hunc habet Effectum cumprimis Caseus, et si
 Non sic Pythagoras sentiat atque Cato.
 Et quamvis Ethicus sapiat diversa, quid inde?
 Dummodo Mens Physico nostra probata fiet.
 Nec Physico doctus Podalirius abnuat, ut qui
 Cumprimis gnarus, quid mihi profit, erit.
 Sed Tibi quas referam tanto pro Munere Grates,
 Quo reficis Stomachum, *Vir Generose*, meum?
 Argentum Dextræ fulvum Fortuna negavit,
 Hac Ratione nequit Dona referre Tibi.
 Dat tamen, & semper, dum Spiritus hos reget Artus,
 Lingua Tibi Grates, *Vir Generose*, dabit.
 Mensque tuæ Bonitatis erit, dum Lumina Solis
 Durant & Lunæ Cornua curva, memor.
 Si Limburgensis contingat Caseus aut si
 Rursum Parmensis Pars quoracunque Tibi,
 Sique tuas Ædes intret fortasse Batavus
 (Quod crebro fiet, si mea Vota valent)
 Hoc precor, hoc voveo calidi sub Fornice Cordis,
 Ut tum non nostri dememinisse velis.
 Crede meam Mensam si pinguis Caseus ornat,
 Tum mihi Delitias præbet & Ambrosial.
 Metra canet tanto pro Munere Musa vicissim,
 Cum faciet nobis Otia grata DEus.
 Semper Honos, Nomenque tuum, Laudesque mane-
 hunt.
 Copia dum pressi sic mihi Lactis erit.
 Sed ne prolixè Tibi sit scribendo molestus
 Id vovet, ut valeas, *Vir Generose*,

Cliens.

CVIII.

CVII. *Generoso Dn. Balthasari Dietloff*
de Wulffen, Chiliarchæ. Stemböfelium.

d. 2. Jan. 1714.

Munere quæ vestro nuper, Patrone colende,
 Ex insperato Vena resecta fuit,
 (Munere, quod Stomacho fecit sua Prandia grata;
 Munere, quod Jugulo Nectaris instar erat)
 Munera Muneribus nunc compensare laborat,
 Dum Tibi Munusculum jam levidense dicat,
 Submissoque offert Cultu Vultuque Patrono,
 Et rogat, ut prona fumere Fronte velis,
 Muncribusque suis hæc addit candida Vota
 Anno Curriculum jam renovante suum.
 Vive diu Feudi Dominus, Pater atque Maritus!
 Vive, vige, flore, Corpore, Prole, Bonis!
 Vivat *Penelope!* Vivat Tibi sospes *Ulyssi*
 Cum tribus *Ascaniis Tulliolis*que diu!
 Incola sic vivat, Rurisque Negotia tractet,
 Atque Agrum magna Sedulitate colat!
 Vivat & Armentum, reböetque erretque per Arvum!
 Vivant cornigeri lanigerique Greges!
 Vivat Equus pariter generosus & optet arare,
 Qui Campum Sonitu quadrupedante quatit.
 Quæ bona Mens offert bona Verba, hæc accipe pronus,
 Atque fove Venam, ceu facis, usque meam.

CVIII. *C. V. D. M. F. d. 26. Mart. 1714.*

Auri Vim magnam mihi si tua solvere Dextra,
 Divitis aut Cræsi si dare posset Opes,
 Non tamen ad DN. ceu poscis, scribere vellem,
 Nec dubii Partes sustinuisse Proci.
 Querenti causam paucis respondeo: Torquet
 Hunc nimis Ambitio perniciofa Virum,
 Ut mea vix posset tot Dextera pingere DN.
 Præponi Titulo quot cupit ille suo.

CIX.

CIX. *Votum pro felici novi Anni Auspicio*
 1715. *Idibus Januarii fufum, & currentibus, ut*
vocant, Literis annexum.

EN! ^{tu}vetus absolvit Cursum feliciter Annus,
 Gratia fit soli, qui regit Astra, DEO!
 Annus ut hinc hodie Cursum novus inchoat; Idem
 Sic coeptum fausto Tramite currat Iter.
 Cumprimis Pacem, qua praestantissima Rerum,
 Christiadam semper servet Iova Gregi.
 Pace nihil melius, nil Bello pejus in Orbe est,
 Pacem, non Bellum, poscit amaque pius.
 Floreat in toto stabilis Pax Orbe & in Urbe,
 Urbs ac Orbis enim Pace vigente vigent.
 Pace vigent, viget Rex, Grex, Puer atque Senecta,
 Et bene succedit Relligionis Opus.
 Candeat ergo Foris, vigeatque Chorisque Thorisque
 Pax! Nae Pax recreet Pectora lassia diu.
 Jova, precor, sanctos, qui sunt Ecclesia, Muros
 Exstrue, conserva, protege, flecte, bea,
 Praeonesque tui caelestis suffice Verbi,
 Qui doceant alacres semper ad Astra Viam,
 Scita Magistratus, quin & Consulta gubernata,
 Quo profint Patriae, quo placeantque Tibi.
 Laudandos Civis Fortuna secunda secundet
 Actus, nam felix sic Labor ejus erit.
 Da Panes inopi, pressoque Levamina praestat
 Propelle a nobis omnibus omne Malum.
 Si linquenda cui fugitivae Tædia Vitæ,
 Ad tua transfer eum grata Vireta Poli.
 O Deus omnipotens hæc Auribus excipe Vota,
 Atque jube nostras Pondus habere Preces!
 Carmine votivo hoc præmissis currere jus sit
 Principis Edictum, quo decet, absque Mora,

Inspector.

CX. *Samueli Colbaro, Gymnasii Berolinen-*

sis Civi d. 5. Jan. 1715.

Sit felix, faustus, sit fortunatus hic Annus,
 Quo caput Cursum Sol renovare suum.
 Sit felix, faustus, sit fortunatus is Orbi
 Christiano, toti Christi adumque Gregi,
 Sit felix, faustus, sit fortunatus is Urbi,
 Quam Rex armipotens sub Ditione tenet.
 Nesciat Urbs Bellum, Bellum quoque nesciat Orbis,
 Nulla quod ambobus Marte furente Salus.
 Ne Bellum Caput multorum Bellua sava est,
 Quae vomit omne Malum, quae vorat omne Bonum.
 Bellum dispereat : Pax contra floreat alma
 Inque Choro, inque Foro, floreat inque Thoro.
 Jova Precēs audi! sic Orbi faustus & Urbi
 Omnino felix hic novus Annus erit.
 Florebit Civis, gnavus florebit Arator,
 Florebit Juvenis, Vir, Puer atque Senex.
 Gymnasii vestri Doctores atque Scholares
 Florebunt Anno sic ineunte novo.
 Cumque suis Musæ Cultoribus atque Patronis
 Florebunt pariter, Pax ubi tuta viget.
 Pax ubi tuta viget, floretque & in Urbe & in Orbe,
 Florebit Genitor cum Genetrice tuus.
 Tu quoque, mi Fili, florebis Pace vigente,
 Satque tibi felix hic novus Annus erit.
 Fiat! sit felix, sit faustus ut omnibus Annus,
 Sic tibi præcipue Gnate, mihique Patri,
 Poplite qui flexo divinum Numen adoro,
 Urte constanti Prosperitate beet,
 Atque tuis Studiis ferat Incrementa subinde,
 Sollieiti fallas nepia Vota Patris.

Inscriptio :

Detrahat huic Chartæ Samuel sua Signa Colbarus,
 Artibus ingenuis qui studet Ursipoli.

CXI.

CXL. M. M. M. M. d. 9. Sept. 1715.

Vir præstans, Phœboque nimis dilecte *Magister*,
 Jure proin merito devenerande mihi.
 M, quod jamdudum prædixit ab Illice Cornix,
 Contulit excellens nuper Apollo Tibi,
 Qui per Mercurium fertur Diploma *Magistri*
 Transmisisse Tibi vimineo in Cophino.
 Si sic, Thymbraeo memori de Pectore Grates
 Promendæ imprimis, chare *Magister*, erant,
 Immeritum tanto quod Te dignatur Honore,
 Qui Fato Major, qui sine Morte manet.
 Si sic, æterna mastandus Laude Tegæus
 Hoc pro Servitio, chare *Magister*, erat,
 Si sic, pro tali tantoque is Munere laute
 Bis septem Ferclis excipiendus erat.
 Excipiendus erat tot Ferclis Nuncius ille,
 Judicio nostro, quot tenet Astra Polus,
 Quod Titulum & Laurum, victricia Signa *Magistri*
 Portat, & exornat Temet Honore novo.
 Nonne *Magisterii* quondam Prænuncia vestri
 Amphora, M Magno forte notata, fuit?
 Amphora, quæ Vino generoso plena levavit
 Non raro urentem Guttura sicca Sitim?
 Næ fuit omnino Prænuncia certa futuri,
 Quod Tibi collatum est, illa *Magisterii*.
 Et quia tanta dedit Præsagia, digna proinde
 Quæ careat nunquam deficiatque Mero;
 Sit potius dulci semper repleta Falerno,
 Hospes ferventem sedet ut inde Sitim.
 Amphora sed valeat, Figuli quam Dextera signat
 M Magno; Tecum Res mihi, Pastor, erit.
 Quam verum tritum est: *Quantum mutatus ab illo!*
 Namque *Magister* ades, qui modo Pastor eras.
 Ergo *Magistrali* nunc compellandus Honore es:
 Ergo *Magistralis* Crania Mitra teget:

Ergo *Magistrali*, ceu fas est, More Capillus
 Ille peregrinus pulverulentus erit :
 Ergo *Magistrali* depromes Ore Loquelas,
 Atque tuus Sermo sesquipedalis erit :
 Ergo *Magistrales* Gressus formabis Amice :
 Ergo *Magistrali* Pallia More geres :
 Ergo *Magistralis* Somnus tua Membra levabit :
 Ergo *Magistralis* Corpora Lectus habet :
 Ergo *Magistrali* Convivia More parabis :
 Ergo *Magistrali* More Modoque bibes.
 Sed quid ego dicam non ultimus inter Amicos,
 Quos Tibi Sors unquam, quos Tibi junxit Amor ?
 Quid dicam ? dicam charo bona verba *Magistro*,
 Dicat idem, quisquis flagrat Amore tui.
 Sit Te dignus Honor, sed Tu mage dignus Honore,
 Quem Tibi Spem præter doctus Apollo parat.
 Arrige sed nobis nunc Aures, chare *Magister*,
 Et nostris Monitis annue, Reque fave :
 α) Si vocat ad Cœnam Te forsan honestus honeste,
 Te *προβολιστίας*, nulla Cupido trahat.
 Est Vitium commune novis plerumque *Magistris*,
 Quique proin Rifum sæpe movere solent.
 Pro Pastore Locum quisquis seniore *Magister*
 Appetit in Mensa, næ sapit ille nimis.
 Cum Tibi det Pastor Titulum Vitulumque ; *Magister*
 Det Titulum nudum prætereaque nihil ;
 Ergo Pastori seniore cede, *Magister*,
 Nec *προβολιστίας* captus Amore fies.
 β) More *Magistrorum* nec mox stomachare, *Magistri*
 Si quis non Titulos semper in Ore gerat.
 Cum doctis raro qui caput Verba *Magistris*,
 Nomine non semper conveniente vocat.
 Sufficit in Rebus nos convenisse, *Magister*,
 In Verbis facilis quilibet esse potest.
 γ) Porro *Magistrorum* ne Mystas despice More,
 M quibus hoc magnum Delius usque negat.

Nec

Nec dic, infulsus quod dixerat ille *Magister*,
 Hunc Rhythmum eructans Ore patente rudem;
Nullius est Pretii, quem non Parnasia Laurus
Cingit, & est nobis Stercoris instar Homo!
 Euge! quasi vero Præcordia forte *Magistris*
 Finxisset Titan de meliore Luto?
 Næ Ferula dignus: Furiis me Judice dignus
 Quem castigandum tradat Apollo feris.
 An nescis tritum: *Didicisse fideliter Artes*
Emollit Mores, nec finit esse feros?
 Lauream quem cingit, næ tanto humanior esto,
 Quanto vult reliquis doctior esse Viris.
 Hinc Pastor, Portam cum Fratres (nulla *Magistræ*
 Lauream queis Phæbi contigit Auspicio)
 Pulsabuñt vestram, Mystas ne sperne *Magister*,
 Sed Laurum circum Tempora cinctus adi;
 Atque salutantes resaluta Fronte favente,
 Affabilemque Viris Te placidumque gere.
 Esuriunt, sitiunt, Potumque Cibumque ministra,
 Atque φιλοζηνον, chara *Magister*, ama.
 Ferula si septem venientibus ante parasti,
 Bis septem posthac, si placet, hisce para.
 Sunt effective, qui nolunt esse *Magistri*,
 Vix sunt queis stygius Nomina Pluto dedit.
 Interea vivant, Tibi qui gratantur Honores,
 O Aganippeï Gloria magna Chori!
 Dispereant contra, qui non gratantur, & illis
 Rumpantur ceu sunt Iliam rupta Codro!
 Dixi, quod satis est: Vovi, quod fidus Orestes
 Ipse suo Pyladi Corde vovere potest.
 Si bonus es (dudum quod firmat publica Fama)
 Pro Candore tuo consule dicta boni,
 Atque diu Talos a Vertice sanus ad imos
 Inter honoratos vive, senesce, vale!
 Sed Tecum valeat (quam larga dono Salute)
 Inque tuo Amplexu chara *Magistræ* diu!

Si pia Vota valent, paria ve *Magistra Magistro*
 Chara *Magistellum* tandem aliquando suo,
 O quam post aliquot cernens mirarer Aristas
 In Cunis Puerum, *Synchrone chare*, tuis!
 Quam lætus caneres: Eja o mi parvule dormi
 Securus, summus te tegat ipse DEus!
 Quam te mulceret blande! Quam prompta subinde
 Lactaret Puerum chara *Magistra* suum!
 Quam traheret Cunas rursum versumque libenter,
 Tarda Senectutis quæ Gravitate, *Socrus!*
 Si fieret, fieret, quæ Voti Summa, *Magister*,
 Jam fuit a primo Tempore Conjugii:
 Si fieret, fieret, quod Risum, chare *Magister*,
 Excuteret vobis excuteretque mihi:
 Si fieret, fieret, quod gratarentur Amici,
 Qui te fraterno More, *Magister*, amant:
 Si fieret, fieret, quod commendare *Magistris*,
 Posset honoratis Nomine te duplici:
 Sed fiat tandem! fiat! quo fiat Jövæ,
 Qui pia Vota audit, Vota Precesque feram!
 Vota Precesque feram, tot adhuc lætissimus Annos
 Vivas, quot fudit Disticha Vena mea.

CXII. A. M. D. d. 20. Dec. 1715.

NE tua, quod vereor, Mens deviet, inde rogatus
 Rescribo paucis multa, volante Manu.
 Ante maritali quam subdas Colla Capistro,
 Quid sit Conjugium? Pectore volve diu.
 Semper habet Lites alternaque Furgia Lectus,
 In quo nupta jacet, ceu Juvenalis ait,
 Qui detestaris Lites, attende Pœtæ;
 Colla maritali nec cito subde Jugo.
 Lente festina, socii ne Fœderis olim
 Te pigeat, pudeat, pœniteatque tui.
 Paucis multa legis, Prudenter Vota proinde
 Contrahe Conjugii, si sapis, atque vale.

CXIII.

CXIII. *Notificazione de felici Serenissima Regina Puerperis d. 2. Maji 1717. per Ayoovideios facta currentes Literas hæc Elegia comitata est.*

Princeps, qui Partu felici est editus, Annos
 Vivat Nestoreos, si pia vota valent.
 Sit Jovæ gratus, sit fortunatus in Orbe,
 Lex, Ars, Mars poliant condecorentque Ducem.
 Sit Spes sceptrigeri Patris, sit summa Voluptas
 Matris, sit Proavi Gloria, Splendor Avi.
O Deus exaudi, quæ fundo, Vota, Domumque
 Prusiacam Dextra protege porro tua,
 Stetque ejus Fortuna, Patres numerentur Avique,
 Cornua dum Lunæ se variantis erunt.
Premisso hoc Voto devoto pectore fuso,
 Edictum Regis, quo decet, ire jubet

Inspector.

CXIV. *Dn. Christiano Gericken, Scholæ
 Regiomontanæ in Neo-Marchia Sub-Rectori
 d. 21. Jan. 1718.*

Audio, quod cupias tibi consociare Maritam!
 Laudo Conatum, grator & inde Tibi.
 Quæ Vita est Juvenis? Quæ tandem Gaudia carpit,
 Annos qui cælebs Exulis instar agit?
 Hæc tamen interea commendo Distichæ, *Schrammi*
 Nomine quæ prostant, sæpe legenda tibi:
*Conjuge nil melius, nil Conjuge pejus in Orbe est,
 Si mala, nil pejus: Si bona, nil melius.*
*Si mala, Eros Eris est: Tædæ sunt Tædia: Lectus
 Est Luctus: Durum Conjugiumque Fugum est.*
*Si bona, dura levat, Mentique offensa serenat
 Nubila: Conjugii tollit Amaritiam.*
 Duc ergo Uxorem: sic, quo læteris, habebis,
 Et tibi sic præsto, quod verearis, erit.

Quod verearis, erit: Nam cum facit Ira furentem,
Molliter irasci Fœmina nulla potest.

Opto tibi Uxorem, quacum latearis, Amice,
Non opto Uxorem, quam vereare, Tibi!

CXV. A. C. I. V. d. 5. Oct. 1718.

NEquaquam Risum tenuisset, Amice, severus,
Si tua legisset Grammata docta, Cato.

Hinc mirare minus, quod lectis Grammatæ vestris,
In Risus tremulos solverit Ora Colhard.

Otia deficiunt, hinc possum dicere: Risi!

Otia deficiunt, dicere: Cur? nequeo.

Interea expediat se paucis nostra Camœna,

Per Tempus quoniam scribere multa nequit.

Nempe quod hic tecum communico Distichon, illud,

Judice me, Dubium solvet, Amice, tuum:

Cor sapit, at Pulmo loquitur, Fel concitat Iram,

Splen ridere facit, gaudet amare Jecur.

Sublatum Dubium Sapienti credo, precorque,

Ut Valeant Splen, Cor, Pulmo, Fel atque Jecur!

Nam si Cor, Fel, Splen, si Pulmo Jecurque valebunt,

Crede mihi toto Corpore sanus eris.

CXVI. Generoso Dn. E. L. de Strantzen,

Capituli Brandenb. Sub-Seniori. D. 13. Jun. 1718.

per Anum quandam Reichenberga Caseum

mittenti:

Nomen Anus terret multos, & terruit olim

Imbellem Puerum me quoque Nomen Anus.

Territat haut hodie Nomen, quod terruit olim,

Dummodo pulset Anus *τυροφειγῶρα* Fores.

Τυρός enim Ferulum est, mihi quo non dulcius ullum,

Quodque aliis longe præfero Delitiis.

Τυρός Anus dum fert hodie prædivite Monte, (a)

Excipit hanc læta Fronte Colhardus Anum,

Et

(a) von Reichenberg.

Et per Anum solvit, ceu fas est, τυροφιρῶσα
Grates Patrono τυροδιδοῖς suo.

CXVII. In Obitum Dn. *Johannis Güntheri*,
Pastoris Ecclesie Christorffiensis & Fretzdorff-
ensis, d. 4. Febr. 1719. placide obdormien-
tis, Querela.

Qui mihi charus erat Naturæ Debita solvit
Günther & occubuit, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat bis sex hoc vixit in Orbe
Lustra novemque Annos, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, dignus quem Corde dolente
Prosequar & Lacrymis, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat tantum præmisus Amicus,
Amisus non est, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat non vivet in Orbe superstes,
Vivit in Axe Poli, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, næ Christo charior idem,
Avocat ille Virum, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, jam fulget Sideris instar
In Cælo rutilo, qui mihi charus erat,
Qui mihi charus erat, venient Oblivia nobis
Illius nunquam, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, Nomen Laudesque manebunt
Illius semper, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, moriturus dixit Amico:
Vive memor Lethi! qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat requiescant molliter Osa
Illius in Tumulo, qui mihi charus erat.
Qui mihi charus erat, Christo redeunte resurget
E Tumulo lætus, qui mihi charus erat.

CXVIII. Dn. V. S. d. 27. Febr. 1719.

CHarta petiæ præsens, quod nullus Amicus Amico
Salvo τῆς φιλίας Jure negare potest.

Nempe petit Scapum Chartæ mea Charta, petenti
Chartam mitte cito, plura deinde dabo.

CXIX. *Dn. G. H. G. d. 1. Mart. 1719.*

UXorem num sit consultum ducere, quæris?
Improbo nequaquam, quod probat ipse DEUS.
Quod probat ipse DEUS, quod honestat Filius ejus,
Non tamen hoc Papæ rafa Caterna probat.
Hinc in fœmineum Sexum fera Scommata vibrat,
Has patulo eructans sapius Ore Strophas:
*Est à Natura Mulier mala, pejor ab Usu,
Pejor quam Satanas, pessima si sit Anus.
Aut amat, aut odit nimium, Res tertia non est,
Neutra potest Homini vel placuisse DEO.
Peccat in Excessu, Defectus peccat & ipse,
Peccatum est, quicquid cogitat atque facit.
Frigida cum calidis pariter spiratque coquitque,
Fel sub Corde latens, Mel simul Ore gerens.
Flere, simul ridere, nihil reticere, dolose
Mentiri, Sexus sunt muliebris Opes.
Hæc Cunas, Curas, Canos parat atque Sepulchrum,
Hanc Cæne mordaci pejus & Angue fuge.
Qui non Pontificis sed Jovæ Dicta probabit,
Ridet, & Uxorem ducit amatque piam,
Duc per me quamcumque velis, duc Aure patente,
Ne Tibi Dedecori ducta sit atque Tuis.
Ducendæ nec Opes sed honestos respice Mores,
Sic ductæ nunquam pœnituisse potest.*

CXX. *Samueli Colhardo, Gymnasti Wra-
tislaviensum Elisabethani Civi. d. 20.
April. 1719.*

O Samuel, Samuel, Spes Solamenque Parentum,
Accipe, quæ mittit Grammata chara Manus.
Ut videas, quanti faciam te, mitto Ducatum,
Sic impendendum ceu mea Charta docet.

Ductus

Ductus Amore tui in mittendo largior essem,
 Sed nimis ægrotat sæpe Crumena mea.
 Vive proin parvo contentus, dante Jehova
 Plura, pio Gnato sic quoque plura dabo.
 Non quod opus, sed quod tibi, *Gnate*, necesse, parato:
 Te Pede metiri disce Modoque tuo.
 Invigila, *Samuel*, Studiis sic temper honestis,
 Gnāvus ut attendas assiduusque *Scopo*.
 Rebus inutilibus, quod noveris utile, præfer,
 Excole cum primis sæpeque verte Stylum.
 Non Stylus obscurus Doctis, sed planas amatur,
 Et placet hic Patri, non placet ille tuo.
 Si sit Epistolicus Stylus Oratorius odi,
 Ast amo, si purus perspicuusque fiet.
 Odi prolixum (Doctis Asiaticus audit)
 Sed deamo fluidum, quemque Lacones amant.
 Gaudeo, cum paucis novisti dicere multa,
 Non sic, cum multis dicere pauca soles.
 Audi, Gymnasio qui præsumt, *Gnate*, Cratippos,
 Confule sæpe Viros ac venerare pie!
 Inde feres Laudem magnam, cum Laude Favorem,
 Cumque Favore simul Commoda mille ferēs.
 Prosequere æternis Odiis Consortia prava,
 Sed Socium, Musis qui favet, huncce fove.
 Devita Studio, qui libat Pocula plena,
 Et qui Syringin semper in Ore gerit.
 Cui sua præ Libris Curæ est iusoria Charta,
 Displicet ille DEO, displiceatque tibi.
 Quique semel Verbis mellitis fallit Amicum,
 Hic niger est, hunc tu, *Gnate*, perinde cave.
 Dixero prudentem te, si diffidis & audis,
 Sique videre potes, sique tacere potes.
 Hoc Sapientis enim, qui gestit in Orbe quietus
 Vivere, ne fidat, sed videat, taceat.
 Rebus in adversis sis fortior atque secundis,
 Res adversa docet Resque secunda nocet.

Jesum,

Jesum, quo faveat Studiis & Cœpta secundet,
 Noctes atque Dies supplice Voce roga.
 Huic Prece te calida commendo tuamque Salutem,
 Et commendabo, dum mihi Vita fluat.
 Vive, Vale, *Samuel*, Spes Solamenque Parentum,
 Vivet, te vivo teque valente, Pater.

CXXI. *Dn. F. R. SS. Th. St. d. 12. Apr. 1719.*

Integra non Res est, hinc commendare Patrono,
 Ceu petis, illustri te mea Charta nequit.
 Cui Fortuna favet (*Rumpantur ut Ilia Codro!*)
 Hunc certo tandem sponsa petita manet.
 Perfer & obdura, Jovæ committe futura,
 Hic te fidentem deseruisse nequit.

CXXII. *Dn. M. Christoph Schwaben Pa-*
flori. Arenstorffium. d. 14. Apr. 1719.

Aut promittendum nihil est, aut Fœdera Linguae
 Sunt servanda bono, *pastor amande*, Viro.
 En Edictorum promisi Excerpta roganti,
 Nuper Arenstorff Fronte Manuque Tibi;
 Hinc mea Polliciti careant ne Pondere Verba,
 Addo Fidem Dictis & Tibi mitto Schedas,
 Perlege, perlectas Curfori trade, legendas
 Has ut *Schindlero* perferat absque Mora,
 Nomine quem nostro conspergas Rore Salutis
 Atque bono dicas huic bona Verba Viro.
 Te mutos inter jubet hisce valere Sodales
 Ille tui flagrans totus Amore *Colbard.*

CXXIII. *Dn. J. B. P. R. d. 31. Maji 1719.*

Nostra Dicecesis non Mystas novit Amice,
 Quos salvare jubet tertia Charta tua!
 Ter decies canis flavescit Culmus Aristis,
 Quo sacra commisso Dogmata trado Gregi,

Nec

Nec Schütz nec Scholter nobis innotuit unquam,

Fungitur hicque horum nemo Ministerio.

Multi, qui mecum defuncti Munere eodem

Donati Rude sunt exanimisque jacent, (res

Quamq; reliquerunt Vacuam Spartam, hancce sequen-

Exornant hodie condecorantque Viri.

Schultz (1) Bessel (2) Pelemann (3) Frick (Kausch (5)

Carg (6) Gutkuis (7) Hartmann (8)

Göd, (9) Gutknecht (10) Aneförg (11) Geisler (12) &

Huckelius (13)

Qui præcesferunt hos me Pastore fuerunt

Füterbock (14) Poffard (15) Schulzius [16] Heinze

[17] Moritz [18]

Riesenberg [19] Schlottmann [20] Seidenschnar [21]

Kaatzius [22] Hermann [23]

Klepperbein [24] Kirchner [25] Carg [26] Leo [27]

Triepke [29] senex.

Cum Sparta Spartam qui mutavere priorem

Sano [29] Pudor [30] Nefeken [31] Ranstius [32]

Ermiler [33] erunt.

Nomina multa legis, non inter Nomina, Schützi

Scholtrique tui Nomina chara legis.

Errare humanum est, errantem lecta reducet

Ceu spero in rectam jam mea Charta Viam.

Hicce salutarata peramanter Conjuge casta

In Jesu nostro, Vir venerande, Vale!

Præse cæpit Ecclesiæ [1] Bucoviensium Pastor Jo-

hann Schulz / Gardeleg. 1714. d. 5. Aug. [2]

Münchberg. Diaconus Andreas Bessel, Tangerm.

1712. d. 4. Dec. [3] Oberstorff Pastor, Petrus Pele-

mann, Selov. 1700. d. 11. Jul. [4] Bucov. Diac.

Joh. Peter Grice / Halberst. 1715. d. 15. Dec.

[5] Jahnsfeld. Pastor George Kausch, Boleslav.

d. 19. Dec. [6] Neotemplin. Past. Gotthilff Bar-

ge / Oberstorff. 1714. d. 1. Jul. [7] Görstorf. Past.

Mars

Martin Gucke/Beskov, 1694. d. 21. Oct. [8] *Demnizensf. Past.* **Gottfried Hartmann**/Landsberg, 1719. d. 29. Maji [9] *Steinhöfel. Past. Frid. Gödel* Francof 1712 d. 29. Jan. [10] *Hermersf. Pastor, Georg Christian Gucknecht*/Landsberg, 1711. d. 6. Mart. [11] *Quilizensf. Past. Christian Anez* sorge/ Cottbus, 1694. d. 17. Maji [12] *Heinerstorff. Pastor. Joh. Geisler*/Sonnenb, 1697 d. 7. Nov. [13] *Liezensf. Past. Georg Heinrich Sückel*/ Cüstrin, 1690. d. 26. Decembr.

Per Mortem valedixit Ecclesiae [14] *Bucov. Past. [a]* Joh. Juterbock, 1690. [15] *Theodorus Posfard*, 1706. d. 19. Octobr. [16] *Joh. Schulz*/ 1693. d. 23. Jun. [17] *Bucov. Diac. Gottfried Heinlius*, 1707. d. 28. Apr. [18] *Neotemplin. Past. Joh. Mauritius* 1695. d. 13. Jan [19] *Bucov. Diac. Joh. Riesenberg*/ 1693. d. 24. Dec [20] *Bucov. Past. Joh. Schlottmann*/ 1713. d. 23. Jul. [21] *Heinerstorff. Past. Balthasar Seydenschnur*/ 1696. d. 27. Oct. [22] *Quilitz. Past. Matthias Georg Herrmann*/ 1713. d. 4. Jul. [24] *Jahnsfeld. Past. Wanderheim Klepperbein*/ 1693. d. 16. Nov. [25] vid. p. 95 sqq. [26] *Oberstorff. Past. Martin Karge*/ 1704. d. 27. Sept. [27] *Görlsdorff. Pastor, Martin Leo*, 1693. d. 8. Dec. [28] *Demnitz. Pastor, Michael Triepfe*, 1718. d. 1. Mart.

Vocati aliorum nempe [29] *a Diaconatu Münchb. ad Pastoratum Hammelsprung. Samuel Sanno* 1712. [30] *a Pastoratu Hermersf. ad Past. Bucholzensem. Theodorus Pudor*, 1711. 1711. [31] *a Past. Bucov. ad Inspectoratum Storkov. M. Andreas Niese* Fenn 1705. [32] *a Diac. Münchb. ad Past Lentzenkenen, Elias Ranfft* 1699. [33] *a Diac. Bucov. ad Past. Garziensem Johann Andreas Ern* vier 1715.

CXXIV. *Viro Antiquæ Nobilitatis, Virtu-
tis & Candoris Honore Maxime conspicuo, Domi-
no Dn. Ludolpho Ernesto de Strantz, Reverendis-
simo Capituli Brandenburgensis Sub-Seniori gravis-
simo & supremo Præfecturæ Bisenthalensis Tribuno,
Restauratori Scholæ Saldria, quæ Brandenburgi
flore, munificentissimo, sub initium Mensis Martii
A. O. R. MDCCXIX. adeoque sero quidem sed
serio gratulatur Christianus Colhardus, Ecclesiæ
Münchbergensis Pastor & Dioceseos
Inspector.*

Ædificare Scholas & restaurare ruentes
Ad veram Laudem proximus est Aditus,
Næ pauci veram Laudem sectantur, & inde
Pauci, qui reparant ædificantque Scholas.
Invenias, qui odere Scholas, odere Cratippos,
Artes qui gnava Sedulitate docent:
Invenias, qui cum Juliano evertere malunt,
Quam demolitas ædificare Scholas.
Mens alia est illis, sua queis præcordia Titan
Flammiger effinxit de meliore Luto:
Mens alia est illis, qui verâ Laude trahuntur
Et quorum pectus flagrat Amore DEI:
Hisce Scholæ Curæ, Cordi sunt hisce Cratippi,
Qui doctis præfunt non sine Laude Scholis.
Illas ædificant, aut restaurare laborant,
Fatali Lapsu quas cecidisse vident:
Horum laudandis faciles Conatibus adsunt,
Et, quacunque queunt parte juvare, juvant.
Rectius Exemplis ut vivit Regula; Vivant
Exemplis pariter sic quoque Dicta mea:
Ecce Capernaumi, quum Christus vixit in Orbe,
Centurio vixit, clarus in Urbe fatis,

Ille

Ille Scholis favit vere, favitque Magistris,
 Præfecit patrum quos pia Cura Scholis:
 Ille Scholam magno Sumptu ædificavit in Urbe,
 Ifacidum Genti quæ Synagoga fuit.
 Hinc Judæorum primoribus atque Scholarchis
 Sic commendatus Vir bonus ille fuit,
 Ut Servo Auxilium quum quæreret Artubus ægro,
 Orarent Gnatum supplice Voce DEI:
 Christe tuo dignus Vir mœstus Munere, nobis
 Ædificavit enim sponte suapte Scholam!
 Audit primorum præfecti Encomia Christus,
 Audit, & his, ægro fert cito, motus, Opem.
 Ergo Scholas quisquis fovet ædificatque ruentes,
 Næ fovet hunc rursus Filius ipse DEI.
 Hæc bona contingunt præfecto: hunc Civis Honore
 Afficit: huic facilis Christus & ipse adest.
 Scilicet Exemplum hoc nonnullos postea movit,
 Ut non noluerint ædificare Scholas.
 Quos inter merito numeranda est Fœmina dives,
 Principium à prisca Nobilitate trahens,
 Fœmina, quæ Seclo ter quinto vixit in Orbe,
 Cui, subtracto Anno, Lustra bis adde novem, 1589.
 Hæc etenim præstat, quod quondam præstitit ille,
 Ædificatque Scholam Sumptibus illa suis.
 Infuper & confert Stipendia grata Magistris,
 Præficeret Patrum quos pia Cura Scholis.
 Nomina nosse cupis Matronæ? Saldria dicta est,
 Mathiæ à Saldern quippe Marita fuit,
 Tanti nempe Viri, qui Nobilitate nitebat,
 Consilioque potens Auxilioque fuit.
 Hic postquam tandem Naturæ Debita solvit,
 Uxorem Viduam deserit hancce piam,
 In viduoque Statu Veteri fundavit in Urbe
 Brennorum magnis Sumptibus illa Scholam:
 Fundatam large dotavit, ut inde Docentes
 Consulere Vitæ Discipulique suæ,

A clara

A clara gesit Schola Fundatrice deinde
 Nomina perpetuo & Saldria dicta fuit.
Incrementa dedit Prognatis Sanguine claro,
 Quorum magna Seges, Saldria deinde Schola:
Incrementa dedit civili Sanguine natis
 Saldria, dum viguit, magna perinde Schola:
Incrementa dedit Studiis, ut Marchicæ Athenæ
 Jure suo fuerit Saldria dicta Schola.
Amisit tandem, ceu sunt humana, Nitorem,
 Marte furente fero, Saldria clara suum,
Ut præter Nomen reliquum nil manserit olli,
 Saldria quo posset se relevare Schola:
Cessarunt Reditus, quos Præceptoribus olim,
 Hæc pia Fundatrix ordinat atque dieat:
Cessarunt Juvenum Stipendia larga, caducara
 Queis poterant Vitam sustinuisse suam:
Cessarunt Sumptus, queis restauranda: Ruinam
 Hinc Schola minatur Saldria clara gravem.
Sed quum fatali, Rebus sic stantibus, esset
 Excidio propior Saldria nostra suo;
Ecce laboranti succurrit Jova, Scholarum
 Protector summus, suppetiasque tulit.
Namque Virum misit, qui Instinctu cepit Jovæ
 De restauranda mox cogitare Schola,
Et quem Nobilitas, Virtus & Candor honestant,
 Commendantque Viro, qui Diadema gerit.
Strantzius hoc solo clarascit Nomine, solus
 Collapsæ Curam quod gerit ille Scholæ,
Et restaurandæ Vim magnam collocat Auri,
 Ingenuis Studiis quo foret apra Domus.
Ædificat nova Nobilibus Musea: Cratippos,
 Ajax ceu Teucrum, protegit atque fovet:
Curat, quo redeant Stipendia, Saldria dudum
 Queis pia dotarat largiter hancce Scholam:
Tanto Patrono doctus gratabitur Orbis,
 Cornua dum Lunæ se variantis erunt.

Cum primis autem memorandum, Saldria sicut
 Fundatrix Vidua est, ædificatque Scholam;
 Sic *Strantz* est Viduus, qui restauravit eandem,
 Impendit Gazas sic bene uterque suas,
 Saldria Fundatrix prognata est sanguine claro,
 Clarior at multo, quod Pietatis amans;
Strantz Restaurator pariter splendore coruscat
 Ut Generis, vera sic Pietate nitet.
 Saldria Fundatrix Vidua est, cui mascula Proles
 Contigit in viduo far numerosa Statu;
*Strantz*ius improlis Viduusque perinde, Parentem
 Hunccæ tamen vocitat Gens studiosa suum.
 Nempe Scholam quotquot Juvenes exinde frequen-

tant,
 Quo fundata olim Saldria clara fuit;
 Tot numerare potest Fundatrix Saldria Gnatos,
 Tot Restaurator *Strantz* generosus habet.
Strantz generosus habet Gnatos & in Urbe & in Orbe,
 Jure proinde audit Pædopoëta bonus.
 Vive Scholæ claræ *Strantz* Restaurator in Urbe!
 Vive, Vige, Flore, *Strantz* & in Orbe diu!
 Cumque tuæ fueris Vitæ pertæsus in Orbe,
 Vive Vige, Flore semper in Axe Poli!
 Sed Tecum vigeat Schola restaurata, fietque
*Strantz*ia, quæ tenus hac Saldria dicta fuit.
 Ante sui veniant illis Oblivia, tanti
 Qui Reparatoris non meminisse velint.
 Næ Jura Montis Aper, Fluvios dum Piscis amabit,
 Et dum pascetur Rore Cicada loquax,
 Semper Honos, Nomenque tuum, Laudesque manebunt.
*Strantz*ia sic Pietas Dexteritasque merent.

CXXXV. Filio meo *Samueli*, Studioſo Philoſo-
 phie, Jenam d. 5. Oct. 1720.

Qui valet à Nummis, dulci valet ille Sodali,
 Non tamen idcirco semper in Arte valet.

Quis-

Quisquis in Arte valet, multo felicior illo est,
 Qui valet à Nummis, qui Sociòque valet.
 Mille Modis Nummus corrasus perditur, Irus
 Ut fiat subito, qui modo Cræsus erat.
 Ex Cræso si quem fera Sors transformat in Irum,
 Quisquis Amicus erat, nullus Amicus erit.
 Hinc non à Nummis, sed præstat in Arte valere;
 Nam quicquid Votis expetis, Arte datur.
 Ergo alii valeant à Nummis atque Sodali,
 Tu cura valeas semper in Arte. Vale!

CXXVI. St. C. I. V. d. 20. Oct. 1720.

Concinnare Comas in Plegmata Virginis instar,
 Sicut turpe mihi, sic quoque turpe tibi.
 Infirmis facile Studiosus Scandala præbet,
 Plegmatis & nimis qui Levitatis amans.
 Inde tibi Pastor Suggestum Jure negavit,
 Namque levi non est congruus iste Locus.
 Esto, quod es, vere, nec tantum Theilogus Ore,
 Esto Gradu, Gestu, Vestè decente, Coma.

CXXVII. I. O. A. S. d. 10. Maji 1721.

Qui scribit, quod non intelligit Oedipus ipse,
 Non sapit ille mihi, nec sapit ille sibi.
 Sed tu, quæ scribis, Nemo hæc intelligit; Ergo
 Non mihi, non aliis, nec sapis ipse tibi.
 Davus ego legi, legit mox Oedipus ipse,
 Docta quod effinxit Musa, *Anagramma tuum*;
 Sed neuter nostrum, mihi crede, intelligit illud,
 Obscuri obscurus non nisi Sermo Viri.
 Legit idem Naso, legit latialis Homerus,
 Alter ait: *Chaos est!* Judicat alter idem.
 Ergo remitto Chaos cum Voto, Fiat ut illud,
 Quod Chaos est, tandem Lux *Anagramma tuum*.

CXXVIII. *Dn. Lehmanno, Pastori. Zellinum. d. 24. Nov. 1721.*

L *Ehmannum* grato conspergit Rore Salutis
 Et vovet, ut valeat, Corde calente *Colhard*,
 Promistique memor chartacea Munera mittit,
 Et petit, ut relegat Judiciumque ferat.
 Si Mentem spectat *Lehmann*, non Dona Datoris,
 Munera nã capiet Fronte favente Viri,
 Cui strictum Calamum quæ reddunt, Otia desunt,
Lehmannum belle hinc ille valere jubet,
Penelopen pariter jubet ille valere, valere
 Ille diu *Ascanjos Tulliolanque* jubet.

CXXIX. *Eidem eodem.*

E N excepisti nuper, *Lehmanno*, benigne
 Hospitio Fratrem, quum foret udus Aquis,
 Atque refecisti Vires langventis Amici
 Pane, Cibo, Potu, Colloquioque pio.
 Et cum Nox tandem suaderet sera, Quieti
 Ut placidæ Frater langvida Membra daret,
 Hospitis id Cura factum est, ut diceret Hospes:
 Quam mea in hoc Lecto molliter Osa cubant!
 Ergo Tibi Grates, reget hos dum Spiritus Artus,
 Vultus pro tanto solvet Honore Viri,
 Cujus Dextra simul chartacea Munera mittit,
 Aurea cum nequeat mittere Dona Tibi.
 Accipe, nec specta quod sint chartacea Dona,
 Talia sunt doctis Munera grata Viris.
 Accipe Dona proin mea. perlege, Judiciumque
 Fer, Postquam Tibi sunt sæpe relecta. Vale!

CXXX. *Viro Generoso atque Reverendis-
 simo Dn. Dn. Ludolpho Ernesto de Strantz, Cano-
 nico & Capituli Subseniori, Brandenburgum,*
d. 17. Dec. 1721.

V Erbales multos, sed paucos Musa reales
 Patronos noyit commemorare mea.

Nam-

Namque solent multi Verbis promittere multa,
 Sed tantum Vox est prætereaque nihil.
 Pignora Polliciti qui servant firmiter, horum
 Exiguum Numerum Circu us Orbis habet,
 Sunt tamen, ac raro qui servant Fœdera Lingvæ,
 Fallere quisque Fidem Relligionis Opus.
 Hos inter, quos cana Fides, quos Candor honestat,
 Nobilis inprimis *Strantz* numerandus erit.
 Ut fuit antiqua semper Virtute Fideque
 Sic idem porro *Strantz* generosus erit.
 Hinc non verbalis, sed mavult esse realis
 Patronus, celebrat quod mea Musa palam.
 Promisit Librum, promisit *Tuod* Amico,
 Promisit Mappam, pacificamque Togam.
 Misit, promisit quod nullo urgente Poëtæ,
 Et sic Pollicitis addidit ille Fidem.
 Aucta Libro dudum condendis Versibus apto
 Hoc Fautore fuit Bibliotheca mea:
 Accelerat pingvis non raro Casus Aedes,
 Atque Gulam miris afficit ille Modis:
 Quam Mappam viridem Verbis promiserat antè,
 Hanc nuper misit *divite Monte** mihi:
 Quin Toga versicolor, cubitum quæ cingit ituros,
 Ejusdem *Strantz*i contigit Auspicio.
 Ergo manet verum, quod malit *Strantz*ius esse,
 Quam Verbis dici Fautor amansque mei.
 Carmine Musa Virum cane tantum, Carmine namque
 Dignus erit, qui sic Carmine digna gerit.
 Et pro Muneribus chartacea Munera defer,
 Cum Fortuna tibi jam meliora neget.
 Exulta, lætisque Vias Clamoribus imple, &
 Patrono Grares Pectore solve pio,
 Immeritum qui te cumulavit Munere crebro,
 Calcar & hinc Studiis addidit ille tuis.

Adde pium Votum: *Strantz* vivat Nestoris Annos!
Strantz vigeat, vireat! *Strantz* valeatque bene!
Strantz hoc Voto dignus, dignusque perenni
 Laude, proin Clio, ne cadat ille, veta!

CXXXI. *Commendatio Studiosi conquere-
 rentis, se in Itinere Dantisco Wratislaviam susce-
 pto Suppellectile sua fuisse spoliatum. d. 6.
 Jul. 1722.*

L. B. S.

EXhibitor Chartæ Studiis addictus honestis
 Expetit Alloquium Subsidiumque tuum.
 Nam miserum tristis Fortuna tenaciter urget,
 Et citra Culpam Sors onerosa premit.
 Hinc ubi forte Fores pulsabit Stipite vestras,
 Non Voci tremulæ supplicis obde Forem,
 Stipitis ad Pulsum Stipe sed succurre petenti
 Et promptus misero, quam potes, affer Opem.
 Pectore servabit memori Benefacta, rogabit
 Proque Salute tua supplice Voce DEum,
 Quo tua Processus habeat Fortuna perennes,
 Atque Ope non egeas ipse, juvesque Tuos.
 Hisce vale longum, sed & alta Mente repostum
 Hoc tritum maneat, *Lector amande*, Tibi:
 Auget Opes, quisquis vel parvo donat Egenum
 Munere, nam summo commodat ille DEO.

CXXXII. *Gotthilff Stubben, Scholarii,
 Francofurtum, d. 4. Jan, 1722.*

OMnia conando docilis Solertia vincit,
 Conandoque nihil nil quoque vincit Homo.
 Grammata conaris, *Stubbi*, Sermonem ligato
 Scribere: Conatum laudo proboque tuum.
 Conando errasti, fateor, persæpe, quid inde?
 Artes errando discere quemque decet,

Quos

Quos errasse pudet, pudet hos quoque discere, quos-
que

Hac Aetate pudet discere, scire pudet.
Errando quisquis nunquam male Carmina fudit,
Postea qui poterit fundere Metra bene?
Hinc Juvenis, qui non errando discere gestit,
Nil discet, quoniam discere nil voluit.
Tu, quæ mundavit mea Dextra Errata, notabis
Vitabisque dein, si bonus esse cupis.
Perge Manus doctis, *Stubbi*, implicuisse Camœnis,
Judice me nunquam pœnituisse potest.
Scribendo jamjam vellem prolixior esse,
Muneris at Ratio non finit hocce mei.
Addo tamen Votum, novus ut feliciter Annus
Currat, currendo prospera quæque vehat.
Te DEUS inprimis conservet Corpore sanum,
Teque regat sancto Flamine, teque tegat,
Vires Ingenii, Robur det Corporis idem,
Gnaviter ut Studiis invigilare queas!
Hisce vale in Jesu feliciter! atque subinde,
Otia dante DEO, Carminè vise tuum

Colhardum.

CXXXIII. *F. M. S. F. d. 6. Mart. 1722.*

AEs quia Res chara est, hinc Aes desiderat omnis:
Aes quia Res rara est, Aere Crumena caret.
Aes petis, Aes quoniam Res est, cui subdita cuncta,
Ut jaceat spretus qui caret Aeris Ope.
Aes petis, Aesque darem, sed non mihi suppetit Aes:
Aes

Cum mihi Fata negent, Aes tibi Jure nego.

CXXXIV. *V. C. F. C. P. d. 16. Aug. 1722.*

Quod festinanter, quod jussus Carmina missa,
Scripseris, hoc credo, non tamen inde probō.
Scribere te jubeo Carmen! Sententia dura est:
Durius at multo: *Metra fac, absque Mora!*

Carmina non faciunt jussi, sed sponte Poëtz,
 Est fatuus Vates cogere quisquis avert.
 Respuit Imperium Carmen: Sunt Carmina Partus
 Ingenii & Genii liberioris Opus:
 Nec festinanter faciunt sua Carmina Vates,
 Sed lambunt, Catulos ceu solet Urfa, diu,
 Non festinanter, non jussus Carmina pango,
 Nam quoties facio, Carmina Crimen habent.
 Si sapias, & si quid Salis in te, pange deinceps
 Nec jussus, Vena nec properante Metra.
 Si qua facis jussus, facis hæc plerumque Minerva
 Invita, queis hinc Gratia nulla venit.
 Si festinanter pangis tua Carmina, Lector
 Difficilis Risum, quum leget ista, tenet.
 Hæc postquam paucis tibi Musa susurrat in Aurem,
 Id vover, ut valeas Corpore, Mente, Bonis!

CXXXV. *Dr. M. Joh. Ern. Bergero, Ecclesie, que Christo in Urbe Fridericana colligitur, Paflori, Berolinum, d. 2. Mart. 1723.*

DUctus Amore tui mitto, *Venerande Magister,*
 Quæ tua Charta petit, Carmina nostra Tibi.
 Insimul ingenue fateor, quod Carmina nostra
 Non tanto me sint Judice digna Viro.
 Cur? Quoniam Imperio tantorum scripta Virorum,
 Queis respondendum sæpe erat absque Mora.
 Carmen at Imperium nullum fert, utpote Partus
 Ingenii ac Genii liberioris Opus.
 Invitaque proin mihi quæ fluxere Minerva,
 Gratia quæ Metris hisce venire potest?
 Partus hic in multis Autori displicet ipsi,
 Qui Tibi, qui Doctis ille placere potest?
 Causa hæc, quæ dubium me reddidit, anne Petito
 Annuerem justo, *Vir venerande,* tuo.
 Eredit dubium sed tandem Candor (in Aevo
 Quod Pignus rarum est) Integritasque tua.

Queis

Queis ego permotus committo Metra Tegæo,
 Ut festinanter perforat illa Tibi.
 Sunt, quibus hæc Bilem moverunt Carmina, qui que
 Quæ cecini, carpunt exhibitantque Metra.
 Sunt tamen & multi, quos horum Lectio juvit,
 Quique proin decorant Laudibus illa suis.
 Non esse Ingenii hunc Partum sine Crimine natum,
 Ipse satis novi confiteorque lubens.
 Hinc minus indignor Momo: cui tradere per me,
 Si vult sique potest, his meliora licet.
 Nec moveor, si quis laudat mea Carmina, gnarus,
 Esse, quod haut Laudem promereatur, Opus.
 Tu, *Bergere* audis Doctorum Gloria, Tuque
 Ingenio polles Judicioque gravi.
 Te rogo, si lubitum, DEus & si fecerit olim
 Otia grata Tibi, perlege Metra mea,
 Perlege, Judicium fer postea, namque valebit
 Illud, & Arbitrium, *Vir venerande*, tuum.
 Ductus Amore tui, ductus Candore perinde,
 Addo meis Metris edita Scripta tria,
 Cum Voto, si non placeant perlecta, legentem
 Immemorem nostri non tamen esse sinant,
 Quem Protectori summo commendo, precorque
 Conjuge cum casta Vivat ut ille diu!
 Proleque si gaudet, mihi quod non constat, & illa
 Polleat ac vireat cum Genitore diu!

CXXXVI. *Generoso atque Reverendissimo*
Dn. Dn. Ludolpho Ernesto de Strantz, Canonico
et Subseniori Capituli, Brandenburgum,
d. 18. Mart. 1723.

Litera Brennopolin quæsitum vade repente
Strantz quid agat senior, quo valeatque modo?
 Audieram nuper quartana Febre Patronum
 Corruptum misere decubuisse diu,

Condolui sane, dum garrula nunciat Auri
 Fama Viri tanti Fata sinistra meæ,
Largiter & fufis Lacrymis sum sæpe precatus,
 Ut velit huncce DEus restituiffe Virum.
 Ast ego dum crucior, Vitæ metuoque Patroni,
 Appulit ipfius Litera fcripta Manu,
 Quæ fic eflè refert, ficut de Febre maligna
 Ante fufurrarat publica Fama Viri.
 Sublatum tamen eflè Malum Medicamine certo,
 Vivat ut hinc hodie *Strantz* valeatque bene.
Grammafîn edoctus, quod fofpes vivat in Orbe
Strantzius, exilîo Læritiaque fremo.
Lætaturque fuo falvo Schola noftra Patrono,
 Erigit & Cruftas, gaudet ovatque pie.
 Et merito, fiquidem Patronum experta realem efl,
 Cui violare Fidem Relligionis Opus.
Litera rumpe Moras, & feftinanter in Urbem
 Brennopolin Curfum dirige jufia tuum,
 Cumque aderis, fedem generofi inquire Patroni,
 Illius & pulfa terque quaterque Fores.
 Si quærit Famulus: Quis adefl? Mox talia redde:
 Nuncia fum, Dominum geflîo adire tuum.
 Quo viffo multam die incurvata Salutem
 Huic Mæcenati Nomine nempe meo,
 Et gratare, fuo folidæ quod Robore Vires
 Stent, nec divexet Febris anhela Senem.
 Dicque, quod ejufdem pro Vitæ Munere Grates
 Solverit ipfe Deo fupplîce Voce Colhard,
 Cujus & ex Voto *Strantz* fofpes in Orbe fuperfît
 Nefloris aut Pylei Secula longa Senis.
 Quin Schola, longa Senum traducat Secla Scholarum
 Patronus *de Strantz*, noftra perinde vovet.
 Et fi quid pia Vota valent, quæ fundit Amici
 Pectus pro Vita proque Salute Viri,
 Annos *Strantz* vivat vegetus tot in Orbe, Thaleros
 Quot per Epiftolium deftinat ipfe Scholæ.

Literæ

Litera tu Votis Votum superadde serenum :
Strantz vivat nostræ Gloria magna Scholæ!
 His dictis rufum subito conscende Caballum
 Atque Domum remea quadrupedante cito.
 Si te Responso dignatur *Strantz*ius, Aures
 Arrige, quo possis cuncta referre mihi.
 Si tibi *Strantz* Τυγόν Domino dat forte ferendum
 (Ante prout fecit sæpe Vir ille bonus)
 Accipe, ceu fas est, submissa Fronte Manuque
 Donum, dic Grates Τυγόνδόνι tuo,
 In Pera serva, nec Muris ad instar edacis
 Rode, gravis ne sit Pœna luenda tibi.
 Litera, quæ tua sunt, fac, & præverte voiando
 Ventos, sic etenim te jubet ire

Colbard.

Inscriptio :

Subsenior de *Strantz* Generis Splendore coruscans
 Hæcce resignabit Grammata

Brennapoli.

CXXXVII. Dn. Georg. Adolpho Schindler-
 ro, Pastori, Wilmersdorffium, d. 21. Oct. 1723.

AUDIO, quod Mortis sit Falce resecta Marita,
 Fida tua Adjutrix, firma Columna Domus:
 Næ Sortem doleo, doleo vehementer, acerbam,
 Quin tua vel Lacrymis tristitia Fata fleo.
 Si Precibus posset fera Mors Lacrymisque moveri,
 Non, quam dessemus, mortua Costa foret.
 Sed sic Lege Deus sancivit, ut effera Lethi
 Vis solvat tandem Vincula grata Thori.
 Esto Vir, & placeat, Pastor, divina Voluntas,
 Quæ bona, quæ justa est, ceu bonus ipse Deus.
 Quæ Te prævit, periiit non Morte Marita
 Illa sed est placida Morte lucrata Polum.
 Hanc cur lugebis? cur hanc deslebis, Amice?
 Vicit, idemque brevi Mortii adibis Iter.

Parce

Parce proin Lacrymis, & congratare Maritæ:
 Velle Dei semper sit quoque Velle tuum.
 Velle Dei si Velle tuum est, bene, *Synchrone*, vives,
 Nec poteris tandem Morte perire mala.

CXX XVIII. *S. A. M. E. d. 8. Nov. 1723.*

Humanum qui non humaniter excipit, ille
 Humani certe nil nisi Nomen habet.
AMopso exceptum te non humaniter esse,
 Scribis: Miraris? Desine! Mopsus erat.
 Mopsus erat, Mopsusque fuit, Mopsusque manebit,
 In cujus non est Corpore Mica Salis.
 Ignoscas Homini, cui Mens non sobria, quique
 Abderitanæ Pectora Plebis habet.
 Ultio, quam sumes, fiet hæc, ut sæpe preceris
 Vel Micam sanæ Mentis, *Amice*, Viro.

CXXXIX. *Gotthilff Strubben, Schola-*
ri Francofurtum, d. 1. Dec. 1723.

Aura, quem Fatis jam concessisse putaram,
 Aetherea vefci Litera missa docet.
 Gaudeo, quod tandem, te vivere teque valere
 Audio: Te porro vivere Jova sinat!
 Quid faciunt Musæ? Bene! si Sudore madescunt,
 Sed si frigescunt, hoc tibi turpe foret.
 Non jacet in molli veneranda Scientia Lecto,
 Illa sed asiduo parta Labore venit.
 Cum tibi præteritos, quod vulgo dicimus, Annos
 Reddere nequaquam Jupiter ipse queat;
 Ergo nulla Dies abeat, quin ducta superfit
 Linea, *plusque ultra* semper in Ore sonet.
 Plus consumendum est Olei, mihi crede. Scholarî,
 Quam Vini, qui vult Pallad's esse Decus.
 Inde Scopu attendas, patriis nam missus ab Oris
 Francofurtum redeas doctior inde Domum.
 Ut redeas tandem, ne sis Monitoribus asper,
 Sed charos habeas, Obsequioque colas.

Litera

Litera quos grato consperfit Rore Salutis,
 Salvi sunt omnes, ex Animoque valent.
 Urque Modo parili sub Jovæ Umbone quiescas
 Et maneas salvus, Corde calente voyent.
 Impedit Officii Ratio, ne scribere possim
 Plura, proin valeas proficiasque bene!

CXL. Dn. Ebraimo Friedlibio Juterboccio,

Pastori Blumbergam, d. 25. Nov. 1723.

Vivere quem credis, Pelemannum*, quemque salutat
 Charta tua, hunc eheu! sustulit atra Dies.

Scire cupis, quando pulsaverit atra Tabernam
 Mors Pastoralem? Significabo Tibi.

Nempe Dies, Vita quo Vir discesferat ille,
 Quod bene commemini, nona Novembris erat.

Corpore sustinuit violentos ante Dolores,
 Causa Doloris erat Calculus atque Necis.

Tertius elapsus fuit & vigesimus Annus,
 Ex quo Vir sacro Munere functus erat.

Aetatis stabat jam sexagesimus Annus
 Quintus completus, quo pia Fata subit.

Spiritus ad Dominum rediit, requiescit in Urna
 Corpus, quod Christi Vox revocabit Humo.

Defuncti Conjux Lacrymarum diffluit Unda,
 Mensque sequestrata Voce perinde stupet,

Cordèque discisso tegitur Pars una Sepulchro,
 Altera Curarum Mole gravata gemit.

Emittunt Gemirus duo Gnati voce sonora:
 Tres Gnatae Lacrymis Ora perinde rigant.

Dilecti deslent Pastoris Fata Paræci,
 Et sua funereo Corda Liquore coquunt.

Ipsè Virum doleo, non, quod fiet ille dolendus,
 Ablatus sed quod sit mihi, sitque Suis.

Præiis

* Dn. Petrus Pelemann, Pastor in a Pagis Oberstorff &
 Münchhose.

Præiit, haut periit : præiit, quo cuncta sequuntur,
 Non periit, quamvis contumulatus Homo.
 Sed cum *Pelmanni* Lacrymis pallentia Membra
 In Vitam Mœsti non revocare queant;
 Inde Modum Lacrymis ponant, ponantque Dolori,
 Qui tanquam Stimulus faucia Corda terit.
 In Cælo Christus renovato Cordis Amore
 Pro Luctu Mœstis Gaudia mille dabit.
 Qui fovet in Cœlis Animam curabit Jöva
Pelmanni in Tumulo molliter Offa cubent.
 Mortuus est *Pelemann*, moriendum est omnibus olim;
 Nulla Necem contra nos Medicina juvat.
 Disco proinde mori, moriar ne Morte, Tabernam
 Cum Pede pulsabit pallida Morta meam.
 Et tu, Confrater, meditare novissima mecum,
 Corpore dum polles, atque memento mori!

CXLI. *Dn. Gotthardo Krügero, Pastori Predikoam, d. 27. Sept. 1723.*

Innocuis Avibus qui nescit parcere, duri
 Is Bellatoris Nomina Jure gerit.
 Qui tenus hac *Krüger* nunc *Krieger* rectius audis,
 Cur? Quia cum Turdis jam fera Bella geris.
 Queis Laqueos tendis, nequeas cum vincere aperte,
 Et queis mille Dolos, Insidiasque struis.
 Bis quatuor Turdos transmisfos invoco Testes,
 Qui capti Laqueo, qui periere Dolo.
 Aucupis hinc facti Spolium, quo dante comesti
 Illi sunt cupide postea Dente meo.
 Turdus devictus parit hac ratione Palato
 Gaudia grata meo Deliciasque Gulæ.
 Et quia Jura sinunt Turdos invadere Bello,
 Perge Dolos Volucris neq̄tere porro vagæ.
 Gratulor hoc bello de Bello, deque Volucrum
 Captura fausta, *Vir reverende*, Tibi.
 Insimul & Grates, ceu fas est, dico Datori
 Pro grato hoc Volucrum Munere Mente, Manu.

Sed

Sed quia non valeo Grates, *Krügere*, referre,

En ego permaneo Debitor usque tuus.

Si mea Vota valent, Turdorum Copia fiat

Bellanti, quoties Retia tendit Avi.

Nam si *Krügeri* felix Captura Volucrum,

Non erit infelix forte Culina mea.

Aucupio qui Te felicem fecit *Jöva*

Felicem faciat Te quoque Prole brevi!

Idem Conjugii Sociæ Te servet, & Idem

Conjugii Sociam sospitet ipse diu,

Basia quo Labris tot eidem figere possis,

Quot Vati quondam Lesbia blanda suo!

CXLII. *Dn. P. S. P. U. d. 6 Oct. 1723.*

Sicuti Mercurius de Ligno quolibet haut fit;

Quolibet è Pucro lic neque doctus Homo.

Coge tuum Gnatum, nunquam tamen ille futurus

Est talis, qualem Vota paterna volunt.

Filius evadat Doctor! sic Vota paterna

Et materna volunt, ceu tua Charta docet.

Vota volunt: Bene! sed quid tum, si Fata negabunt?

O tibi sufficiat, quod pia Fata volunt.

Non Somnus, Vestis, non Conversatio Sexus

Fæminei, Poclum, Charta, Machæra, Syrinx,

Doctorem doctum faciunt, fecere nec unquam

Aeterni durat dum Genitoris Opus.

Sudandum, algendum est, & semper multa ferenda

Huic, qui Doctoris Nomen habere cupit,

Filius at non vult sudare, algere, ferenda

Ferre, proin qualis denique Doctor erit?

Dantur Doctores, queis c. t. Syncopa demsit,

Nomen habent, sed non Nominis Omen habent.

Differt à docto multum, me iudicæ, Doctor:

Doctor, non doctus, Filius esse potest.

Si dabis Aes largum mox Doctor Filius audit,

Nomina qui docti non tamèn inde feret.

Eximio Doctor, qui doctus, dignus Honore,

Or.

Ordinis indoctus Dedecus ipse sui est.
 Quod Natura negat, non suppleant Vota paterna,
 Ergo sit in Votis, quod pia Fata volunt.
 Mercurium si non ex Ligno hoc seulptere possis,
 Gnatus erit Civis forte aliquando bonus.
 Quique bono Civii dat Panem Jova, perinde
 Gnato, seu vivas seu moriari, dabit.

CXLIII. *Generoso atque Reverendissimo*
Dn. Dn. Ludolpho Ernesto de Strantzén, Canonico
& Capituli Subseniori, Brandenburgum,
d. 20. Dec. 1723.

Caseus, Auspicio qui Vestro contigit, ille
 Appulit ad nostros, *Vir Generose*, Lares.
Caseus hic gratus, Stomachum quod sæpe refecit,
 Gaudia quin peperit Deliciasque Gulæ.
Caseus in Causa, quod Grates Musâ Patrono
 Jam solvat grato Pectore nostra suo.
Caseus at Nequam, quod sentio Renibus æger,
 Quodque proin non vult Musâ tacere mea.
Caseus est Nequam, quia digerit omnia, se quam,
 Ante quod haut potui credere, credo Senex.
Caseus est Nequam, quoniam demissus in Alvum
 Nequam Nequitiam tentat ubique suam.
Caseus est Nequam, quo Tempore vescor eodem,
 Vesicam haut solito More levare queo:
Caseus est Nequam, quia valde in Renibus cheu!
 Peslimus hic Nequam moxque diuque furit.
Caseus est Nequam, quia Calcli Causa Dolorum,
 Exemplo edoctus quod dolor! ipse meo.
Caseus est Nequam, quem qui scit fumere parce,
 Nequitiam perquam supprimit ille suam.
Caseus est Nequam, nam quisquis largius illo
 Vescitur, heu Gemitus edit & ille graves,
Caseus est Nequam, fugiat Cane pejus & Angve
 Hunc Nequam, Calclo qui liber esse cupit.

Caseus

*Cafus est Nequam, Senibus quia Causa subinde
Mortis, ut hos citius Lex Libitina ferat.
Cafus est Nequam, quamvis laudaverit olim
Hunc Nequam grato Carmine Musa mea.
Cafus est Nequam, Nequam, mihi crede, manebit,
Dum vexat Juvenes Calculus atque Senes,
Cafus hinc nostras intrat si forte Tabernas,
Discerpam Nequam Dente furente cito.
Cafus à Mensa posthac procul absit; & adfit
Contra, quod Vires, quod reficitque Gulam.
Cafus est Nequam, quem Tu vitare memento,
Subsenior, si vis hic superesse diu.
Cafus est Nequam, diffide proinde Patrone,
Ne forte à Nequam decipiare. Vale!*

CXLIV. *Dn. Samueli Huckelio, SS. Th.
Candidato, Demissum, d. 3. Febr. 1724.*

SPIRITUS, *Hückeli*, Sancti sit Gratia tecum,
Atque tua accendat Corda Calore sacro!
Gutse* quidem fertur, sed nondum mortuus idem,
Censendus tamen est proximus ille Neci.
Affixus Lecto, quoniam est Apoplecticus, hæret,
Cui Pes Officium, cui quoque Dextra negat.
Hinc Mortem Vitæ pertæsus sæpe precatur,
Sic tamen, ut fiat non nisi Velle DEI.
Velle DEI est quoque Velle Viri, contingat eidem,
Quod pie Christe voles, vivere sive mori!
Adjunctum petiit, Rebus sic stantibus, æger
Curandi tenero ductus Amore Gregis;
Sed non succesfit Res, discordante Patrono,
Quem penes Adjunctum est constituisse Seni.
In Re concordat, non sic Ratione Vocandi,
Displicet alterutri, qui placet alterutri.

L

Jova

* Dn. Martinus Gutse, Pastor in Pagis Görlstorf,
Rosenthal & Warien.

Jova precor faxit, Mens ut fiet una Patronis,
 Soliusque DEI respiciatur Honos!
Gutkius interea nequeat cum Munere fungi,
 Prompta Diœcesis, quæ nequit ipse, facit.
 Imminet illa Dies sancteque pieque colenda,
 Quo cum Judæis disputat ipse Goel: **
 Imminet, atque monet langventis Munia *Gutkâ*
Görlstorffi quod tum sint obeunda mihi.
 Næ vellem, quoniam didici succurrere fractis:
 Næ possem, Valeo Corpore namque bene.
 Hinc facerem, Pietas, Cœlo gratissima Virtus,
 Quod monet atque jubet me genuinus Amor.
 Sed cum pascendus Verbo Grex atque Synaxi,
 Quem Christus Fidei credidit ipse meæ;
 Hinc quæro, possit qui Dogmata sacra Parœcis
 Infirmi *Gutki* tradere, quique velit.
 Et cum sufficient tibi Vires, *dulcis Amice*,
 Cum Studiisque mihi Vita probata tua;
 Rem gratam facies, dicto si Tempore nostras
Görlstorffi subeas sustineasque Vices.
 Idque Rei Caput est, quapropter Litera pulsat
 Nostra Fores vestras, Auxiliumque rogat.
 Si qua habet ergo mei te Cura, asurge Petito,
 Officia agnoscet gratus, Amice,

Colbard.

CXLV. *Dn. Jacobo Sablon, Pastori Coloniae*
Gallica, Munchbergam, d. 9. Jan. 1724.

NAscuntur *Lepores* ideo, capiantur ut ipsi,
 Atque assi pariant Gaudia grata Gulæ,
 Ex insperato *Leporem* cum forte Culinæ
 Fortuna intulerit, *Vir reverende*, meæ;
 Te precor, ut capias cras mecum Prandia: Præsto
 Fercula non septem, sed *Lepus* assus erit.

CXLVI.

** Dom. Judica,

CXLVI. *Samueli Colhardo, Studioſo Ju-
ris, Francofurtum, d. 25. Jan. 1724.*

VOta ſub Auſpiciū fers Anni, *Gnate*, Parenti,
Jova quibus Ponduſ ſummus in eſſe velit!
Reddo Vota Parens Votis devota, precorque,
Ut valeas belle, proficiasque bene!
Addo piis votis donum, mittoque Ducatum
Præſentem, *Samuel*, ductuſ Amore tui,
Nec dubiro, quin ſit gratus tibi, *Gnate*, futurus,
Rara Avis in Loculis nam ſolet eſſe tuis.
Omne autem rarum carum eſt, quo rarior ergo
Nummuſ, eo debet carior eſſe tibi.
Subſenior de Strantz Patrem donaverat illo,
Quem vix acceptum mox tibi, *Gnate*, dicat.
Accipe, *mi Fili*, recteque impende Ducatum,
Hoc, & non alio nam tibi Fine datur.
Dicque DEO Grates, qui movit Corda *Patroni*,
Ut daret ille Patri, quod dedit hiece tibi.

CXLVII. *Dn. Gotthard Krügeri, Pa-
ſtori. Predicoam, d. 1. Febr. 1724.*

KRügeroſ inter medium cui Fata dedere
In Pago *Bredifo*, Krüger amande, Locum.
Filia felici Tibi Conjugis edita Partu eſt:
Filia Baptiſmi eſt Fonte renata ſacro:
Filia vivat, & in Laudem ſuccreſcat Jovæ!
Filia Spem Matris compleat atque Patris!
Filia chara creet Genetrici Gaudia mille!
Filia chara creet Gaudia mille Patri!
Filia ſæpe ſuæ Genetrici Baſia figat!
Filia barbati mulceat Ora Patris!
Filia in Orbe diu atque ex omni Parte beata,
Filia & æternum vivat in Arce Poli!
Annuat Omnipotens Voto, quod perdituſ ipſe
Et pernox rogitat ſupplice Voce

Colhard.

CXLVIII. *W. L. B. d. 16. Febr. 1724.*

A Ut non, aut obiter Doctorum Scripta leguntur,
 Si bene ficta quidem, sed male picta fient.
 Doctus es, hinc fingis bene, sed male pingis, Amice,
 Ut legere haut possim, quæ tua Charta refert,
 Quin ad Rem nequeam jam respondere, quod ante
 A Capite ad Calcem Charta legenda tua est,
 Quod non permittit Lux præsens: Imminet Hora,
 Qua funebris erit Concio habenda mihi.
 Matrona è Vita siquidem migravit honesta,
 Quæ Crucis Exemplum, quæ quoque Lucis erat,
 A multis Annis Vitam sub Nocte trahebat
 Perpetua, & poterat vix capere Aure Sonos.
 Insuper & dudum eharo fuit orba Marito,
 Solamen Sociæ qui fuit ante suæ.
 Inde DEum Manibus plicatis sæpe rogavit:
 Sufficit! ah Animam suscipe Christe meam!
 Audiit Omnipotens afflictæ Vora Precesque,
 Ereptamque Orbi duxit ad Astra Poli.
 Exequialis Honor Viduæ præstandus, & inde
 Prolixum jam non scribere Gramma licet.
 Differo, quæ restant, non aufero, namque relectis,
 Quæ male pinxisti, Grammasi plura dabo.
 Interea rogo te *fidias* pro Fædere nostro,
 Ut pingas, possint quo bene ficta legi.

P. S.

Nūncius oetava cum Grammasin appulit Hora,
 Ac nona repetit quadrupedante Lares.

CXLIX. *Dr. Joh. Philippo Niethen, Con-*
suli, Münchb. d. 21. Febr. 1724.

G Natus, qui natus, qui sacro Fonte renatus,
 Compatriis ex Voto, vivat in Orbe diu!
 Vivat! & Autorem Vitali Pectore toto
 Diligat, & faciat, quæ facienda Pio!

Vivat

Vivat & exsiliat! læta quo Mente Parentes
 Sæpius hinc carpant Gaudia mille pii!
 Gaudia carpat Avus venerandus mille, Nepotem
 Incolumen quoties viderit ille suum!
 Sæpe Nepos Aviaæ dilectæ ludat in Ulnis,
 Oscula poscenti figat & illa lubens!
 Vivat io Gnatuſ, ſed felix atque beatus!
 Pertæſuſ Vitæ vivat in Arce Poli!
 Audiât Omnipotens Vota atque exaudiât illa!
 Quod rogat obnixè & Corde calente

Colhard.

CL. Viro Nobilissimo, atque Excellentissimo
 Domino, Dn. Johanni Friderico Jägeru /
 J. N. D. & in Academia Francofurtensi ad Ode-
 ram Institutionum Imperialium Profefſori Publico
 Ordinario longè que Celeberrimo, hæcenus Univer-
 ſitatis Rectori Magnifico, ipſo, quo ſe Faſcibus
 hæc levavit, die pio Affectu gratulatur
 Conterraneus.

Q Uos juvat à prima coluiſſe Heliconæ Juventa
 Splendida Roma parit, Mantua parva fovet.
 In elariſ etenim Cultoreſ querit Apollo,
 Querit in obſcuriſ Urbibuſ ille ſuoſ:
 Ruricolâ inter, Mendicoſ querit & inter,
 Queiſ volupe eſt Muſiſ implicuiſſe Manuſ.
 Prodiit Orator, Romana claruſ in Urbe,
 Arpino, (α) parvo ſcilicet Oppidulo:
 Prodiit, ut notum, gelido Salmone (β) Poëta,
 Gloria Pelignæ Gentiſ & hæc: *ἄνθος ἴφρα*:
 Prodiit ex Scythiæ Populiſ Anachariſiſ acerbiſ,
 Sed Scythæ propterea non feruſ ille fuit:

L 3

Prodiit

(α) Cicero. (β) Ovidiuſ.

Prodiit ex *Phrygia* contempta Gente *Sybilla*: (γ)
 Prodiit ex Oris hifce fubinde *Sophus*: (δ)
 Oppiduli *Stagyrae* clarebit Gloria, donec
 Clarebunt rutili Lumina clara Poli,
 Summus *Aristoteles* quod prima Exordia Vitæ
 Teste Fide Veterum, traxerit inde suæ:
 Nonne *Themistoclis* fuit Insula parva *Seripho*
 Patria? sed quantum procreat illa Ducem!
Plato Diis equidem, claris quod natus *Athenis*,
 Quotidie Grates reddidit Ore pio:
 Non tamen hinc quivis, cui dat celeberrima Vitam
 Attica, dicendus *Plato* disertus erat.
 Urbs, quæ divinos *Platonos* edit, & illa
 In Lucem *Davos* edere sæpe solet.
 Respicit *Ingenium* Pueri, quo pollet, *Apollo*,
 Respicit hautquaquam, quo fatus ille, *Locum*
 Sit Locus illustris, clarum non reddet in Orbe,
 Quem minus Ingenio ditat *Apollo* bono:
 Sit Locus obscurus, Locus haut Virtutibus obstat;
 Dummodo sis docili præditus Ingenio.
 Vifa *Palaestinis*, quæ jam narravimus, olim,
 Ceu notum cunctis, sunt paradoxa Viris,
 Quippe Solo obscuro prognatum spernere sventi
 Tantum, cui clarus contigit Ortus, amant.
 Ex parva temnunt oriundum *Nazaret* Urbe
Mesiam, atque negant, quod bonus esse queat. (ι)
 Et *Nicodemo* dicunt: Modo quære, Prophetam
 Veridicum Regio non *Galilea* tulit. (ξ)
 Falsa sed hi memorant, conceptus namque Propheta
 Magnus in obscura *Nazaret* Urbe fuit,
 Et fuit in Lucem *Betblemi* pauper in Urbe
 Parva post Menses editus ille novem.
 Ergo *Judæi*, & quisunque a Partibus horum
 Stant, errant graviter *Judicioque* carent,

Urbs

(γ) Nona in ordine. (δ) *Antisthenes*. (ι) *Joh. 1.*
 v. 46. (ξ) *Joh. 7. v. 52.*

Urbs *Münchberga* quidem non dici clara meretur,
 Sæpe tamen claros procreat illa Viros,
Claros Pastores, quos inter sæpe *Magistros*,
 Tradere quis volupe est Dogmata sacra Gregi:
Claros Doctores, quos Justinianus honorat,
 Nec privo patitur delituisse Loco:
 Et *claros Medicos*, quos Chiron atque Melampus
 Auri & Argenti multa Talenta dedit:
Claros Rectores peperit quandoque Scholarum,
 Qui Juvenes magna Sedulitate docent,
 Exemplis possunt dubitanti Dicta probari,
 Si Cæptis nostris annuit atque favet.
 Nostra prognatus Viadrinam cesit in Urbem
Lindboltz (1) quem Virtus extulit inde sua,
 Namque *Decanus* erat primus, post altior idem
 Eiectus, *Pastor*, qui bene pavit Oves,
 Et *Decretalium Doctor*, satis ille celebris
 Exstitit, ut Rerum nos Monumenta docent.
 Elapso Seclo nati *Gessii* duo, (2. 3.) *Berthin*, (7)
Tres Juterbocci, (4. 5. 6) *Buggius*, (10) *Hoppe*, (21)
Kvenitz, (8)
Hirskorn, (9) & *Schinckel*, (12) *Martini*, (11) *Gensiche*,
 (13. 14) *Troschke*, (16)
Lindenberg, (15) *Denzer*, (17) *Schmidius*, (25. 26)
Hiemke, (27) *Lehmann*, (18)
Neuendorff, (19. 20. 39) *Tbilii* duo, (34. 35) *Sanno*, (24)
Bergmann, (21) & *Eilert*, (42)
Maus, (33) *Ladewig*, (22) *Wieprecht*, (29) *Hnt*, (28)
Bucho, (41) *Schultze*, (31) *Kolhard*, (30)
Stubbius, (40) & *Geriken*, (43) *Kempff*, (44) & *Falme-*
rus uterque, (36. 37)
 Quorum Pars subit maxima Fata sua.
 Sunt alii plures, quorum Brevitatis Amore
 Sicco prætereo Nomina chara Pede.
 Sed non prætereo *Jegerum* (3) Carmine dignum,
 Clara quod is patrii reddidit Arva Soli,

Münchbergæ primum sub Cœli prodiit Auras (n)
 Obscuro (ex dictis ceu patet) ille Loco.
 Civis honestus erat *Genitor*, dudumque colendis
 In Proavis & Avis claruit ille suis: (g)
 Claruit & *Genetrix* Thiliorum Stirpe, (i) Pyropis
 Virtutum pariter sat decorata fuit;
 Non tamen hisce datum Studiis succurrere Gnati
 Fortuna sæva Dona negante sua.
 Multa proinde tulit, fecit, (x) sudavit & alsit, (λ)
 Donec Virtutis summa Brabea tulit. (μ)
 Tempore præsentis *Doctorem* Academia *Juris*
 Atque *Profesorem* (ν) Francovadana fovet.
 Et fovet hunc merito, quem *Lex* & *Candor* hone-
 stant
 Commendantque *Viros*, qui *Diadema* gerit:
 Quem *Studiosorum* mulcet numerosa *Caterva*,
 Et quem suspiciunt, quotquot in *Urbe Boni*.
 Hinc

(n) Anno 1667. d. 5. Octobr. (g) *Friederich Hei-*
nrich Jäger, *Judicii Assessor* Münchb. Oriundus
 ex Familia in Franconia satis nota nec incele-
 bri. (i) *Eva Thielen*, *Joh. Thielen*, *Consulis* &
Theodoræ Schrammen Filia, nata 1639 d. 19
 Febr. copulata 1666 D. 14. p. Trin. denata 1694
 d. 6. Decemb. Habuit Avum *Burchardum Thie-*
len, *Camerarium*, cujus alter *Filius* *Jacobus*
Thiele, *Consul*, fuit Proavus D. J. P. *Thielen*,
 hodie *Prof. Juris* extraord. & *Consulis* *Francof.*
 (x) in *Scholis* 1. Münchb. 2. *Fürstenw.* 3. *Sedinen-*
 si (λ) *Francofurti Studiosorum* Numero ad-
 scriptus. Ao. 1690 Sub *Rectoratu* Dn. *Petri*
Schulz, J. U. D. (μ) A. 1701 renunciatur
 J. U. D. & *Profesor* Extraordinarius constitui-
 tur eodem anno. (ν) quam *Professionem* adiit
 1712.

Hinc & Magnifici Rectoris Munere functus
 Haftenus eximia non sine Laude fuit,
 Non sine Laude fuit defunctus Munere tanto,
 Namque fuit Musis tutus in Urbe Locus.
 Ergo Jagerus merito cumulatur Honore,
 Quodque Oneris Fructus sit Decus ipse videt.
 Ergo Cultorem Virtus extollit, ut ille
 Nomen ab aeterna Posteritate fezat.
 Ergo manet verum: Locus haut Virtutibus obstat,
 Ingenium celebrem reddit in Orbe Virum.
 Gratulor hinc Patriæ, quæ tantum gignit, & Urbi,
 Quæ tam præclarum mulcet alitque Virum.
 Gratulor & cunctis Themidos Cultoribus almæ,
 Clara quot Urbs hodie Francovadana capit,
 Nempe Professore quod iis audire & adire
 Contingit clarum Sedulitate sua:
 Jagero inprimis Rectoris grator Honorem (o)
 Magnifici, quo non major in Urbe datur.
 Jova Viri tanti favit Conatibus, inde
 Hoc Rectore Salus publica testata fuit.
 Urbi Jova Virum claræ confervet & Orbi
 Docto, quo porro floreat alma Themis:
 Faxit, quo vivat Jagerus in Urbe Professor,
 Faxit, quo Themidi vivat in Orbe diu!
 Illius & maneant Encœmia, Nomen, Honorque,
 Cornua dum Lunæ se variantis erunt.

Münchberga Oriundi.

- I. Pastores [1] M. Johann Lindholz, primus Decanus Collegii Philosophici in Academia Francofurtana, qui postea Doctbr Decretalium & Ecclesiæ Pastor ibidem exstitit. vid. Annal. March. I. 3. m. f. 265. [2] M. Jacobus Gesius (Pater) P. & Inspect. Münchb. [3] M. Gottfried Gesius (Filius) P. ad D. Nicolai Hamburg. [4] Jacob.

L 5

Güter

(o) Quem aggressus Die S. Georgii i. e. d. 23. Apr. 1719

Züterbock, (Pater) Past. & Inspect. Münchberg.
 [5] Gottfried Züterbock, (Fil. natu major) P. in
 Heynersdorff. [6] Joh. Züterbock, (Fil. natu mi-
 nor) P. in Bucko, [7] M. Romanus Wetthin,
 Diac. postea P. in Fünff-Eichen, sub Cænobio
 Neo-Cellensi. [8] Matthias Kvenik, P. in
 Hirschbrunn. [9] Matth. Hiersforn, P. ibid.
 [10] Georg. Bugges, P. in Zindorff, [11] Bar-
 thol. Martini P. in Reichenberg, [12] Georg.
 Schinckel, P. im Lüneburgischen, [13] Barth. Gen-
 siche, P. in Garzin, [14] Joh. Gensiche, P. in
 Trampe, [15] Michael Lindenberg, P. in Demnik,
 [16] Paulus Troschke, P. in Meeren, [17] Zach.
 Denzer, P. in Wartenberg, [18] Mart. Lehmann,
 P. in Cunersdorff, prope Briesen, [19] Erd-
 mann Neuendorff, P. zu Zöpernick, prope Ber-
 nau, [20] Christian Neuendorff, P. in Zellin,
 [21] Martin Hoppe, P. in Pommern, [22] Joh.
 Ladewig, P. in Preußen, [23] Friedrich Berg-
 mann, P. zu Hohenlubbiche, [24] Salomo San-
 no P. in Guso, [25] Sam. Schmidt, P. in Wer-
 neuchen, [26] M. Mart. Schmidt, P. in Rüdde-
 länd-
 schen zu Langensfelde, [27] Benjamin Hiemcke,
 P. in Alten Landsberg, [28] Martin Hut, Probst
 zu Dobbertin im Mecklenburgischen, [29] Matth.
 Wieprecht, P. in Zindorff, [30] Ephraim Gott-
 lieb Kolhard P. ibidem [31] Gottfried Schulze,
 P. in Werder.

II. Juris Consulti. [32] Joh. Troschke, J. U. D. & Vir
 de Republica optime meritus. [33] George
 Maus, Not. publ. Cæs. & Consul Bernor. [34]
 Joh. Thiele, (Pater) Judex Patriæ. postea Came-
 rar. Curia Francof. [35] Joh. Jacob Thiele, J.
 U. L. & Consul Francof. [36] Elias Falmer, Not.
 publ. Cæs. & Zisarum receptor Münchb. [37] I
 Matth. Falmer, Consul Münchb. [38] Johann
 Friede

Friedrich Jäger, J. U. D. & Prof. publ. ord. in
Academia Francof. [39] Jacobus Neucendorff,
Postarum Præfectus in Patria. [40] Jacob Stube-
be, Consul Patriæ.

III, Medici [41] George von Bucho, trium Faculta-
tum Doctor & trium Imperatorum Rom. Ar-
chiater.

IV, Rectores [42] Gottlieb Eilert, R. Scholæ Golno-
ensis in Pomerania, [43] Christian Gericke, Sub-
R. Scholæ Regiomantanae in Neo-Marchia. [44]
Samuel Kempff, SS. Th. Stud. & pius & doctus,
& proinde longiori Vita dignus, sed cito obiit
Phrifi. Notandum quod supra commemorati
Pastores, antequam ad Ministerium Ecclesiasti-
cum adspirarunt, omnes fere docendis Scholis
præfuerint.

Sunt teneræ Plantæ, de quæ bene Patria sperat,
Quas precor omnipotens irriget ipse DEus!

CLI. *Moesstissimo Viduo, Dno Casparo Chri-
stophero de Walffen, Centurioni & Toparchæ Tem-
pelbergensi, præmaturum Conjugis Generosissimæ
Obitum lugenti d. 5. Octobr. 1720, condoluit
Ch. Colbard.*

Felix, contingit cui casta Marita, Maritus:
Infelix, cui Mors hanc inopina rapit,
Contigerat Tibi, *Vir Generose*, Marita Marito
Casta, proin felix Jure vocandus eras,
Sed pia cum jaceat nunc Morte peremta Marita,
Infelix ideo Jure vocandus eris.
Nam pateris Damnum plane irreparabile, Damnum
Quod totus Mundus non reparare potest.
Sed patiare licet Damnum irreparabile, Mundus
Quod reparare nequit, Mors reparare potest.

Nam

Nam Mors conjunger, quos Mors disjunxerat olim:
Mors Luctus Causa est, Mors quoque Finis erit.

CLII. *Cyllenii Relatio ex Parnasso, qua
audita Relata retulit & Fautori de Fascibus brevis
potius gratulabundus assurrexit d. 2. Oct.
1723. non ultimus inter Amicos.*

NUncius exequitur *Cyllenius* omnia prompte,
Quæ modo Musarum Præses *Apollo* jubet.
Hinc ex Parnasso veniens feliciter Urbem
Hanc nostram paucos permeat ante Dies.
Permeat is celeri Cursu, prævertere Ventos.
Ut fuerit visus tum voluisse vagos:
Permeat, ut faciat, fieri quæ jusit *Apollo*,
Et Re confecta mox remeare queat.
Miror, & ipse sequor magno Clamore meantem,
Et rogo: *Cylleni* candide siste Gradum!
Quo te quæso Pedes? aut quam Via ducit in Urbem?
Anne nefas Ædes præteritis meas?
Si mea Vota valent, fesso descende Caballo,
Cui Fœnum, Paleam, cui quoque Grana dabo.
Te vero excipiam, *Cylleni*, Fronte serena,
Pane, Cibo, Potu, Colloquioque pio.
Et quamvis Mensam Ferclis onerare superbis
Haut valeam, quod non asæ Columba mihi,
Nec Sus, Bos, Vitulus, Turdus, Perdixque Lupusque,
Nec Lepus in promptu, nec Meleagris erit,
Atque proin nequeam promittere Fercula lauta,
(Pendere quæ magni non nisi Lurco solet)
At promitto tamen, quæ magni pendit Amicus,
Si vere bonus est, Fercula sana Tibi.
Uncta fatis pingui ponentur Oluscula Lardo,
Quæ si fastidis, mox dabo Pifa, Pyra,
Pisces, Lactucam, Farcimina pingua, quæque
Præterea Stomachus sanus amare solet.

Insuper

Insuper & Vultum, quem semper respicit *Hospes*,
 Promitto placidum, si mea *Tecta* subis.
 Et quod promitto, strictim servare studebo,
Cylleni dubitas? En *Tibi Dextra*, *Fides!*
Vina parant *Animos*: sed nescit dulce *Falernum*,
 Nescit *Rhenanum Cella* perinde mea.
Præsto Potus erit, sine quo sunt *Prandia* nulla,
 Quique negat Potum, næ negat ille *Cibum*:
Præsto Potus erit, sed non *Arvilla Vina*,
 Nec *Fletz*, *Puff*, *Rastrum*, *Schöps* neque *crasus* erit:
Præsto Potus erit sat clarus satque salubris,
 Quem *Cives* nostri *Bulle* vocare solent:
Bulle bonus Potus, nec fas est spernere *Bulle*,
 Ardentem quoniam mox levar ille *Sitim*:
Bulle bonus Potus, quo *Civis* largius hausto
 Saltat, amat, clamat, *Lætitiæ*que fremit.
 Quem tamen immodicus tenet *Ardor Bulle* bibendi,
 Huncce fero *Cornu Bulle* ferire solet,
 Ut neget *Officium* *Manus*, *Os*, *Frons*, *Lingua*, *Caput*-
 que,
 Illius & *dabii* stentque labentque *Pedes*.
 Si qua proin nostri te tangit *Cura*, venito
 Ingeritoque *Cibum*, quem mea *Dextra* dabit.
 Et bibito Potum, vocitant quem *Bulle* *Coloni*,
 Quemque sitibundo promer *amica* *Manus*.
 Annuit his *Precibus Cyllenius*, atque *Caballum*
Curandum *Famulo* tradit aditque *Domum*.
 Inter prandendum *Sermones* cædimus ambo
 De *Numero* *Juvenum*, quos *Viadrina* capit,
 Deque horum *Studiis*, quia sub *Spe* *Patria* misit,
 Ut culti redeant *Indole* & *Arte* *Domum*.
 Quosque *Profesores* habeant exinde rogabam,
 Qui doceant *Juvenes* *Jura* serena *Fori*?
 Scilicet audieram nuper, quod sustulit horum
 Elapsis *Annis* *Lex Libitina* duos.
 Sustulit illustrem *Coccejum*, cujus in *Orbe*
 Laus erudito *Nomen* *Honorque* manet,

Nec

Nec Lux ulla Viri Laudes memori eximet *Ævo*,
 Cornua dum *Lunæ* se variantis erunt.
 Sustulit è Medio *Plesmannum* flebile Fatum,
 Qui *Doctor* Juris, quique *Profesor* erat.
 Dic bone *Cyleni*, quis sit suffectus in horum,
 Quos tulit è *Vira* Mors fera, forte *Locum*?
 Promptus erat nobis *Cylenius* atque paratus
 Ad respondendum, proptereaue refert:
 Nil sibi de Numero Juvenum constare *Minervæ*
 Quos juvat hic Studiis implicui, se *Manus*:
 Esse tamen multos, qui: Dic, cur hic! bene pensent,
 Atque: *Attende Scopo!* semper in *Ore* gerant,
 Quique *Olei* soleant plus, quam consumere *Vini*,
 Dum *Corpus* Juris *Nocte* *Dieque* legunt:
 Accessu simul esse novi *Doctoris* adauctum
Doctorum Numerum, non dubitanter ait.
 Quæro *Viri* Nomen? Respondet *Voce* sonora
 Ille, quod *Hoffmanni* Nomina clara gerat.
 Gratulor hinc *Themidis* Cultoribus, utque *Cratippo*,
Doctores fiant, hoc præeunte, precor!
 Ulterius quæro, quinam *Rektoris* in *Urbe*
 Jam defungatur *Munere Magnifici*?
Magnificus *Rector*, regerit *Cylenius*, audit
Bergen *Apollinea* clarus in *Arte* satis.
Sacra *Dies* *Galli* tamen instat, *More* recepto
 Quo *Rectoratum* depositurus erit,
 Et conscriptorum *Patrum* veneranda *Corona*
 Postea *Jægero* *Sceptra* verenda dabit,
 Quo penes huncce fiet *Legum* veneranda *Potestas*,
 Puniat ut *Sontes*, ut juvet ille *Probos*.
 Arrigo, dum bonus hæc narrat *Cylenius*, *Aures*,
 Et pulsus *Curis* *Gaudia* carpo pia.
 Inter cadendum *Sermones* *Prandia* cessant,
 Dicimus hinc *Grates*, ceu decet, ambo *DEO*.
 Moxque valedixit nobis *Cylenius*, atque
 Prosequitur lætus quadrupedante *Viam*.

Vade

Vade bonis Avibus! succlamo, vade repente
 Quo vaais, felix incolumisque redi!
 Post recubo fesus patulæ sub Tegmine Fagi,
 Et quæ dista mihi, Mente voluto probe.
 Dixerat inprimis *Cylenius*, esse futurum
 Galli nimirum Luce micante sacra,
 Ut *Reſtoratum*, Fasces ut traderet ipsos
 Docto *Jægero* docta Corona Patrum.
 Gaudeo, nec possum, quin tanto grater *Honores*
 Doctori, quo vix dignior ullus erit.
 A teneris Operam Studiis navavit honestis
 Librorumque sacro tractus Amore fuit:
Bartolus & *Baldus*, *Carpzov*, *Cujacius*, *Hoppe*,
Fritsch, *Brunmann*, *Schepliz*, *Rhetius* atque *Schra-*
der,
Coccejus *Themidos* Decus immortale, pependit
 Cujus ab Ore diu: *Struvius* atque *Stryke*,
Lauterbach, *Reinking*, quin vasta Volumina Juris
Jægero arident atque relecta placent.
 Unde prior didicit, docuit quæ deinde Profefſor
 Jura, hodieque docet Dexteritate pia.
 Dexteritate pia docuit, docet atque docebit
 Jura, quoad Vitam duxerit ille suam.
 Hinc Auditores hunc complectuntur Amore
 Doctorem tenero, Deliciasque vocant.
 Hinc digno dignum non dedignantur Honore,
 Quoque modo posunt, Pectore, Fronte, Genua.
 Hinc parent Monitis: Hinc & Mandata capesunt,
 Quos *Musæ* Studiis excoluere suis.
 Hinc dubitare nefas, quin hoc *Reſtore* perinde
 Ultra facturi sint facienda sibi.
 Sed quid ego Meditor? Modulor cur Carmen Avena
 Tam tenui? Magnos Carmina Magna decant!
 Sic est: Magna decent Magnos! Sed Regula fallit,
 Carmen enim Magnis vile subinde placet,
 Esse Cothurnato *Jægerum* Carmine dignum.
 Non nego, sed cecidit Morte Poëta Maro. Quo

Quo dudum functo Metron infeliciter aulet
 Tale Cothurnatum pangere, quale Maro:
 Nam duo cum faciunt, quod idem perſæpe videtur,
 Non tamen idcirco eſt, quod facit alter, idem.
 Ipſe lubens fateor, quæ fundit Vena, Cothurno
 Eſſe Sophocleo Carmina digna minus.
 Sed nec grandifono delector Carmine, quod non
 Ingenio ſolers Oedipus ipſe capit.
 Non ſemper portat Doctus ſua Lexica ſecum,
 Nomina nota minus volvat ut ille cito.
 Hinc alter ſcribit, quod non intelligit alter
 Excultus quamvis Artibus ille fiet.
 Non, quæ Sole caret, ſcribendi Forma probatur,
 In Pretio eſt planus perſpicuusque Stylus.
 Non Genus hoc noſtrum ſcribendi diſplicet illis,
 Quos Titan finxit de meliore Luto.
 Diſplicet Ingeniis obſcuris, Carmina quorum
 Sunt Chaos atque Chaos ſæpe relecta manent:
 Diſplicet, Ampullas & ſesquipedalia Verba
 Qui plenis Buccis projicit atque vomit.
 Parturit Ingenium multorum Montis ad inſtar
 Sed Mus hinc prodit denique ridiculus.
Jager amat planum, quod novi, perſpicuumque,
 Obſcurum contra non amat ille Stylum.
Jagerum novi, novit *Jagerus* Amicum,
 Nos junxit Sanguis, junxit idemque Solum.
 Altius extollit *Jagerum* Gratia Jovæ,
 Commendatque Viro, qui Diadema gerit.
 Cur? Quia *Jagerum* Virtus & Candor honeſtant,
 Queis dare Pondus amat Dextra Fidesque Viri,
 Inde ſuis charus Collegis, inde ſecundum
 Aurea traduntur Sceptra gerenda Viro:
 Inde ſalutatur Titulo Reſtoris, & inde
Magnificum vocitat docta Caterva ſuum.
 Faxit Jova, colat digno *Reſtoris* Honore
 Obſequioque pio Gens ſtudioſa Virum!

Sed

Sed quid ego facio ? Facio, venerande *Profesor*,
 Quod Jus sinceræ poscit *Amicitiae*.
 Scilicet ex Animo Tibi grator *Amicus Amico*
 Fasces, utque geras non sine *Laude*, precor!
 Jova *Virum* servet, quo possit *Munere* fungi
 Roboret & valide, quo bene portet *Onus*.
 Omnis *Honos* *Onus* est, experto credere fas est:
 Absque *Onere* haut cuiquam contigit ullus *Honos*.
 Ergo saluteris *Rector*, sed summus *Olympi*
Rector *Rectorem* fulciat atque tegat,
 Corpore quo valeat, valeat quo mente perinde
 Et tribuat *Civi* *Jura* cuique sua.
 Si qua ferenda *Viro*, ferat omnia *Pectore* forti,
 Et credat: Leve fit, quod bene fertur, *Onus*.
 Interea summum, regit hos dum *Spiritus* Artus,
Rectorem *Cœli* supplice *Voce* rogo,
 Parta per immensas ut eant *Præconia* *Laudes*,
 Jægerunque mori docta *Minerva* vetet!

CLIII. Mæstissimo Viduo Dno. Georg. Christiano Guttnechten / Pastori Ecclesie Hermerstorffiensis & Wolckoviensis, Fata Conjugis desideratissima, Marie Juliane Waldschmiedin/ deflenti, Affectum Christianum contestaturus scribebat d. 19, Mart. 1725. Ch. Colbard.

CUR, Pastor, Lacrymis humectas grandibus Ora?
 Cur toties *Costæ* *Nomina* chara vocas?
 Anne, quod hæc cecidit *Conjux* dulcissima *Fato*?
 Anne, quod occubuit, quæ tua *Vita* fuit?
 Nescia *Mens* *Fuci* *Defunctæ*, namque *Pyropis*
Virtutum *nicidis* sat decorata fuit,
Fœmineas fuerit *Fax* inter *rara* *Cohortes*
 Quæ *Palmam* gesfit præripuitque *Choro*!
 Sicuti quod *rarum* *charum* est; Tibi *casta* *Marito*
Charior hinc *Oculis* næ *Juliana* fuit,

MOTLEY

Inde

Inde doles Jure & Musæum Vocibus imple
 Flebilibus, cecidit nam *Juliana* tua.
 Sed cõhibe Fletum! Qui Te sub Pectore Mœror
 Excruciat, fenfit Cor fatis ante meum.
 Pallida Mors etenim dirupit Fœdus Amoris
 Atque Thori Sociam sustulit illa meam.
 Quid facrem? Quæ non poteram mutare, ferebam:
 Quid facies? Ferto Fata perinde tua,
 Conjugis haut poseunt dilectæ Funera Fletus,
 Queis minime poteris tollere Velle DEI,
 Mancipio quoniam nulli Vitam, Omnibus Ufu,
 Subque Necis certa Conditione dedit
 Quin Animæ nullo remeabunt Tempore nostræ,
 Terrestrem postquam deseruere Domum.
 Ergo tuum Luctum vel tandem comprime, Pastor,
 Conjugis & Funus desine flere tuæ.
 Disjunct, qui Vos olim conjunxit, Jõva,
 Disjunctosque idem junget Jõva brevi,
 Rursus ut Amplexus jungatis & Oscula juncti,
 Inque vicem blandos fundat uterque Sonos.
 Interea præstet Solatia firma Jehova,
 Quo possis Animo ferre Doloris Onus.
 Et sicut dudum didicisti cedere Fato,
 Sic cedas Animo jam patiente DEO.
 Nos tamen hæc moneant *Julianæ* Funera, quæ Sors
 Illius fuerit, nostra quod esse queat.
 Ergo Memento Mori! Didicisse fideliter Artem
 Hanc, male ne pereas aut moriari, vetat.

CLIV. *Dno. Georgio Thimen, Scholæ Cüstri-*
nensis Con-Rectori, d. 10. Aug. 1725.
Cüstrinum.

A Ccepi recte, quæ mittis Carmina *Fautor,*
 Quæque fuere tuis Grammata juncta Metris.
 Ut Metra lecta placent in Honorem Scripta virorum
 Summorum, Belli pervigilumque Ducum,

Gram-

Grammata sic perquam placuerunt sæpe relecta,
 In me quod summi Signa favoris habent.
 Ergo quas possum Grates, quod Munere grato
 Me donas *Fautor*, Pectore solvo tibi.
 Sed petis Exemplar *Decadum*, quod Dextra libenter
 Jungere jam vellet Grammasin hisce meis;
 Sed tantum inservit privatis ulibus unum,
 Plura tenet minime Bibliotheca mea.
 Bis centum accepit *Conradi*, Bibliopola,
 A multis Annis quem *Viadrina* fovet,
 Grammasin admonitus misurus forte petenti est
 Exemplar, nisi jam vendita cuncta sient.
 Quæ mihi servaram, donavi postea Amicis,
 Quos fortuna mihi junxit in hisce Locis.
 Prodiit at nostro sub nomine *Bigæ Sacrorum*
Sermonum, hanc mitto, *Fautor amande, tibi*.
 Sunt, qui More suo male vertunt dicta: quid inde?
 Dicere, quæ dixi, Munia sancta jubent.
 Munia sancta jubent me Ficum dicere Ficum,
 Elataque Scapham voce vocare Scapham.
 Feci, quod potui: Factum dijudicat ille
 Non bene, qui malus est; nee male, qui bonus est.
 Perlege si lubitum, quum fecerit Oria Jova,
 Sic Judex & sic Arbitræ æquus eris.
Ara * brevi Lucem, quod credas, aucta videbit,
 Si finit omnipotens me superesse DEus.
 Bis sex in Mundo qui vixit Lustra, Sophorum
 Judicio satis hic vixit in orbe diu,
 Falso ubi felices nobis promittimus Annos,
 Nosque ubi Fatorum ferreus ordo gravat.
 Si tamen ut spero, vitam mihi servat Jova,
 Næ proditura est *Ara* recusa brevi.

M 2

AVOCAT

* *Ara* est Scriprum, in quo collecta sunt nomina In-
 spectorum & Pastorum omnium ac singulorum,
 quotquot à Tempore Reformationis in hac Di-
 cesesi vixerunt & Ecclesiis præfuerunt.

Avocat in Templum Ratio me Muneris, ergo
 Ut Vivas, valeas, ut vigeasque precor;
 Quin precor, ut Tecum valeat tua casta Marita,
 Vobis cum valeant Pignora chara Thori.

CLV. *Reverendissimo Dno. Ernesto Ludolpho de Strantz, Canonico & Capituuli Brandenburgensis Subseniori d. 30. Aug. 1725.*

Humano Generi depromit multa per Annum
 Fercula, ceu notum est, uncta Culina DEI.
 Depromit Panem, cum Pane Obsonia mille,
 Lactucam, Cramben, Rapula pasfa, Pyra,
 Asparagum, Cerasum, Pisumque, Cydonia Mala,
 Et Milium, Prunum, Poma, Papaver, Olus,
 Dat Pisanam, Raphanum, Cepas & Persica, Porrum,
 Serpyllum, Lentas, Allia, Fraga, Fabas,
 Provenit inde Caper, Meleagris, Carpio, Capo,
 Bos, Taurus, Vitulus, Lac, Lepus atque Lupus,
 Corniger & Cervus, nonnunquam Turdus obesus,
 Piscis amans Fluvios & Juga Montis Aper,
 Caseus Ofori pariens Fastidia longa,
 Gaudia sed contra *Τυροφάγοσι* ciens,
 Munera Gallinæ, quæ dicimus Ova, Butyrum,
 Pluraque quæ nolo commemorare Metro.
 Quæque Cibum promit, quo vescimur, illa perinde
 Suppeditat Potum magna Culina DEI.
 Suppeditat *Vinum* generosum & dulce Falernum,
Cervisiam, siccam quæ levat hausta Sirim.
 Nomine cumquæ vocent vario sua Vina Coloni,
 Sic vario appellant Nomine *Cervisiam*,
Puff, Puffel, Raßrum, Fletz, Pelzlapp, illa vocatur,
 Prætereo siccò Nomina plura Pede.
 Quamque siccibundo propinat Civis Amico,
 Conveniente satis Nomine, *Bulle* vocat,
 Qui clarus Potus qui non *κεφαλαλγος*, & inde
Præ Fletz, Puff, Pelzlapp Laus sua *Bulle* manet.
 Hunc

Hunc Potum Civis si quando largius haurit,
 Saltat, amat, cantat, Lætitiæque fremit.
 Interea profunt non omnibus omnia, sed quæ
 Deglutit Juvenis, respuit illa Senex.
 Unctæ Juventuti ponantur Oluscula Lardo,
 Ingeret hæc cupide, digeret atque bene,
 Egeret & facile, quæ sunt digesta, per Alvum,
 Nec tamen implorat Pœonis Auxilium.
 Non ita, qui Senio confectus, digeret ægre,
 Egeret & medica vix Ope Ventris Onus.
 Publicus haut dudum Cursor mihi Gramma ferebat
 Nomine nimirum, *Vir Generose*, tuo,
 Munera quod laudat, quæ promit Dextra Jehovæ,
 Non laudat Cramben. Cur? quia Crimen habet.
 Nam Stomacho Crambes Esu attraxisse Dolores
 Ingentes, scribis, *Vir Generose*, tuo,
 Quin plane Lecto Te decubuisse fateris,
 Donec Galenus sustulit Arte Malum.
 Credo Tibi, Cano siquidem Natura negavit,
 Nutriat ut crassis languida Membra Cibis.
 Nec Cramben acidam comedat, sed forbeat Ova,
 Quæ Stomachum nequeunt sumta gravare fenem.
 De Crambe dudum stetit hæc Sententia nostra,
 Quod profit Juveni, quod noceatque Seni.
 Rusticus hanc æger mandit Medicaminis instar,
 Et recipit Vires hac mediante suas.
 Rusticus haut medicis Herbis, cum Febre laborat,
 Indiget, ut notum, nec Medicamen amat;
 Sed magnam in Stomachum Vim Crambes ingerit,
 & sic
 Incola mox Ruris Febre solutus erit.
 Si tentaret idem Vir honestus, Fata subiret,
 Aut major Morbi Vis foret atque fuit.
 Inde nec Hippocrates nec mactat Laude Melam-
 pus
 Cramben, quod Stomachum nutriat illa minus.

Næ quoties Cramben comedo, Vertigine vexor,
 Ut compos Mentis vix miser esse queam,
 Nec varo Renes Morbo tentantur acuto,
 Augetur Capitis sic Stomachique Dolor,
 Ut commune Malum Medicis *Apoplexia* dictum,
 Aut Morbum metuam, quem *Miserere* vocant.
 Ergo licet Jovæ Donum fiet, horreo Cramben,
 Horreboque, Aura dum fruor ætherea,
Vir Generose, DEO debetur Gloria soli,
 Quod varii Generis nos alit ipse Cibis,
 Quos inter Crambe multum me Judice differt
 A reliquis, queis Te summus Jovæ cibatur,
 Namque oberit multum, nil proderit illa Saluti,
 Ut mox pro sanis languida Membra trahas.
 Rusticus agrestis Crambe vescatur, & illi
 Ex Voto nostro Commoda mille ferat;
 Arbitrarius omnipotens certe *Præcordia* finxit,
Vir Generose Tibi de meliore Luto,
 Utque pares Pretio, quæ profunt, quæque molesta
 Sunt Stomacho, fugias, Aes dedit ipse Tibi.
 Sit procul ergo Cibis, qui fert Incommoda multa
 Renibus & Capiti, qui Stomachoque nocet.
 Caseus est nequam, quem devitare memento,
 Nequitiam quoniam monstrat ubique suam,
 Pejor adhuc Crambe est, Caput ut Vertigine vexat,
 Sic Pectus pariter mansa Dolore coquit.
 Hinc acida à Mensa Crambe procul ablit, & adlit,
 Qui recreare potest languida Membra, Cibis,
 Turdus, Ovis, *Perdix*, *Meleagris*, *Carpio*, *Capo*,
Piscis, *Aper*, *Vitulus*, *Rapula* pasfa, *Pyra*,
 Et quæ præterea dant Nutrimenta *Senectæ*,
 Quæque brevi nequeo commemorare Metro.
 Inprimis autem Grandævo Juscula profunt,
 Grata Senis Stomacho, grata Senisque Gulæ.
 Excipiantque Cibum non raro *Arvisia* Vina,
 Utpote queis fervent frigida Membra Senis.

Ut

Ut vivas, valeas, est Voti summa Clientum,
 Quos Patrocinio, *Vir Generose*, regis.
 Devita Cramben, næ vives atque valebis,
 Et memor inde tui sæpe Clientis eris.

CLVI. *Acclamationes Votive, quibus Nuptias viri pl. Reverendi, Clarissimi ac Doctissimi Domini, Domini Godofredi Röslers / Ecclesiarum, nempe Zibingensis, Balkoviensis & Grimnizensis Pastoris vigilantissimi, cum Virgine lectissima Catharina Eusebia Kolhardin / die 31. Oct. 1726. Münchbergæ celebrandas, prosequuntur Sacer ac Pater & Neo-Nymphorum Affinis ac Frater.*

Quæ gerit *Eusebia Catharina* Nomine, Gnata,
 Hanc Sociam Thalami, *Vir reverende*, petis.
 Ingenii Dotes spectans subscribo Perito:
 Et Vorum Patris Gnata petita probat,
 Cui *Ræsler* places solus, solusque placebis;
 Gnata quoad Vitam ducet in Orbe suam.
 Ergo non ficta est, sed vera *æquicia* trita:
 Cui *Fortuna* favet, *Sponsa* petita manet.
 Indue nunc faciles gaudenti Pectore Vultus,
Ræsler, namque capis, quam cupis *Eusebiam*.
 Inde, quod Omnipotens bene vertat! *Ræsler* ad Aras
Eusebiam Gnatam duco locoque Tibi.
 Nec nego promissam Dotem, nec solvere tardo,
 Sed cito, sed prompte do numeroque Tibi.
 Sed qualem quæris? Regero, quam Nomina Sponsæ,
 Scilicet *Eusebia* & quam *Catharina* notant:
 Signat namque *piam Eusebia*, & *Catharina modestam*.
 Næ tua Sponsa, *Gener*, Nomen & Omen habet.
Eusebia *Eusebiam* coluit, duxitque pudicam
 Et puram Vitam, ceu decet *Eusebiam*.

Ergo, Gener, Pietas, Pudor atque Modestia Gnatae
 Instar Dotis erunt: Hæc Tibi sufficiat,
 Nec quicquam majus Votis optare valebis,
 Nam pia grata Deo, grata Pudica Viro est:
 Siquæ Modesta simul, fatis est dotata, quid ultra?
 Ex Voto in Thalamum Sponsa petita venit.
 Si Dotalitio parili Ræslere beabis
Eusebiam: vere, si *Godofredus* eris,
 Quem Pax ipsa DEI regat, ut cum Conjuge Pacem
 Concordem fervet perpetuoque colat;
 Næ DEus omnipotens Vobis benedicet, eritque
 Plenus Prole Thorus, plena Salute Domus.
 Fiat! Et ut fiat, confirmet Vota Parentis,
 Qui Pondus Votis addit Jöva piis!

ιλουαγιωσ
 acclamat Genero sic Socer ipse
 Colhard.

CLVII.

<p>Chari Parentis Litera His appulit Diebus, Quæ Nuptias denunciat Charissimæ Sororis, Ad quas Parens charissimus Invitat ipse blande. Amore ductus fervido Sororculæ, libenter Præfens rogatus Nuptiis His interesse vellem, Gaudere cum gaudenti- bus Et exsilire lætus; Sed impedit Distantia Præsentiam Locorum, Excusat hæc Absentiam Fratris simul fidelis.</p>	<p>Voto tamen dulcissimæ Sororis orno Tædas, Novisque Nuptis appre- cor Calente Corde fausta: Ut Fœdus hoc feliciter Ambo jugale pangant: Ut mutuo se diligant Ad usque Mortis Ho- ram: Hos dia Donis augeat <i>Pronœa</i>, sospiterque: <i>Pronœa</i> mille repleat Bonis Domum Tho- rumque! Ut post Aristas quattuor Feliciter reversus</p>
--	---

Ex

Ex Terminis Hollandiæ	Qui Sponsus est, hic in-
Ad patrios Penates	duat
Cernam Patrem charis-	Nomen brevi Parentis,
mum	Cui comantem mulceat
Fractum licet Senecta	Barbam Puer tenellus,
Non langvidum sed sospi-	Cujusque figat Oscula
tem	Vel millies Labellis.
Et Viribus valentem:	Quæ Sponsa nunc, tunc
Cernamque cum dulcis-	audiat
sima	Marita, sitque Mater,
Sorore <i>Ræslerum,</i>	In cujus ipse rideat
Qui junctus est mi Viculo	Sinu Puella blanda,
Affinitatis arcto:	Matrisque dulcis Ubera
Quem <i>Mater</i> & quem <i>Fi-</i>	Sugat trahatque læta.
<i>lia,</i>	O quanta quanta Gaudia
<i>Zibinga, Balko, Grimmiz</i>	Sentiret inde Pectus,
(Ecclesiis ceu convenit)	Si fiat hoc, quod expeto
Dei colunt Ministrum,	Ratumque sit Preca-
Propterque Munus æsti-	men!
mant	Eventus ut respondeat
Et audiunt libenter.	Voto, Jehova faxit!
<i>Ræsler</i> Sororque Conjuges	Cui Salutem serio
Sic hoc in Orbe vivant,	Affinis & Sororis
Ut Mens duobus una sit	Quin & Parentis optimi
Idemque <i>Velle</i> semper	Precatione crebra
Idemque sit (faxit Deus!)	Commendo, qui me sup-
Ambobus hisce <i>Nolle:</i>	plicem
Quin Ambo vivant, <i>surßßs</i>	Exaudiet benigne.
Deo Piisque grati.	

Lugduni Batavorum scribebat
Sponsæ Frater

Samuel.

CLVIII.

CLare Vir & doctæ non ultima Gloriæ Turbæ,
Fautor cum primis devenerande mihi.

M 5

Vota

Vota sub Auspicio fers Anni candida nobis,
 Queis precor Omnipotens annuat ipse DEUS!
 Idem conseruet Te, *Fautor*, Corpore firmum,
 Atque tui Dotes augeat Ingenii!
 Idem *Penelopen* castam Tibi seruet, & idem
 Sospitet *Ascanios Tulliolasque* diu!
 Ut sic exacto possis feliciter Anno
 Gratari *Jovæ* de Bonitate Tibi.
 Quæ subcesivis Horis sunt, *Fautor*, agenda,
 Hæc minus injiciant Officio Remoram.
 Me fesso *Herculeis* Sudoribus, *Ara* recudi
 Hactenus haut potuit, *Vir venerande*, Typis.
 Commodius veniet Tempus, ceu spero fidenter,
 Quo faciet nobis Oria grata DEUS,
 Et tunc, si Vires permittunt Corporis ægri,
 Hoc curabo lubens Editionis Opus.
 Ad *Cüstrinensem Clerum* conferre libenter
 Vellet, si posset, Bibliotheca mea;
 Sed quia nulla unquam possedit, nulla roganti
 Hinc conferre potest jam Documenta *philæ*.
 Carmina, quæ Juveni facili fluxere *Minerva*,
 Illa fluunt parili non *Ratione* Seni.
 Ergo pro certo, quando *Mantisa secunda*
 Excipiet primam, dicere *Musa* nequit.
 Scripta quidem dudum, *Lucem* tamen illa videbit
 Sero: Tempus enim deficit *Aesque* mihi.
 Legi, quod fudit tua vena *Propenticon*, idque
 Laudo: sed *Inscitiam* culpo perinde meam,
 Utpote qui penetro non *Mentis Acumine* Verba
 Ultima sub *Titulo*, quid sibi nempe velint? *
 Ergo doce *Davum* per *Grammata* docta *Thimene*
 Solvi *Aenigma* tuum qua ratione queat?
 Pro tanto *Affectu* devinctus, *Amice*, manebit
 Ad *Genus Officii* quodlibet ille Tibi.

Interea

* Hæc sua grata sigillaris cui libera Cura.

Interea Grates pro grato Carmine canto,
 Quas dare Lingua potest, quas dare Dextra nequit.
Rectori quod erat tradendum, Dextera nostra
 Carminis Exemplar tradidit absque mora,
 Qui per Epistolium Grates fortassis habebit,
 Atque ager Autori Carminis ipse brevis,
 Ejus item superat Tituli ultima Linea Captum,
 Verba capit, Mentem non capit ille tuam.
 Inde petet, petii quod Verbis ante modestis:
 Discendi cupidum, si placet, ergo doce.
Pastor, quem jusfit conspergere Charta Salute,
 Nempe *Pudor*, vivit, quin valet atque viget.
 Illius aspersum Canis Caput esse Capillis
 Forte Tibi constat, ceu mihi constat idem.
 Ingerit interea bene, digerit, egerit idem,
 Hinc vivit certo sospes in Orbe *Pudor*.
 Vinaque non raro sorbet generosa, Colore
 Quæ se commendant atque Sapore Gulæ,
 Quod culpo minime, sed laudo, namque senili
 Dant Robur Stomacho, si bona Vina sient.
 Quod superest, moneo, pergas prodesse polito
 Atque Sophocleo Carmine porro Scholis,
 Inde, Thimene, tuum Nomen Laudesque manebunt,
 Cornua dum Lunæ se variantis erunt.

Monachomonti
 d. 16. Jan. 1727.

T. Off. Colbard.

Hæc *Con-Rectori* pateat mea Charta *Thimeno*,
 Qui Pubem Scholicam dogmata sana docet
Cüstrini.

CLIX. *Filio per dilecto Samueli Colbardo,*
Ephoro Generosi Domini de Mülleno. Lugduni
Bataavorum. d. 13. Aug. 1727.

Litera nos adiit nuper tua, *Gnate*, rogatque:
 Corpore num valeat Consilioque Pater?

Ec

Et rogat impense *laxius*, rescribat ut ille,
 Quod Mens in sano Corpore sana fiet.
 Ut Scrupulos adimam, tibi jam respondeo *Gnate*,
 Quod Res est, paucis & mea Fata queror.
 Nempe fuit tenus hac Mens perturbata Parentis,
Mira quod & *dira* hæc *duraque* passa fuit.
 Inde minus belle valuerunt Corporis Artus,
 Nec possunt ægra Mente valere bene.
 Sed vicit tandem Genitor feliciter Hostem,
 Infensus Patri qui fuit ante tuo.
 Vicit Ope adjutus divini Numinis, ut Mens
 Et Corpus valeant sat bene, *Gnate*, Patris,
 Fili, quem Patris Fata affecere Dolore,
 Gaude! nam vivit sospes in Urbe Pater:
 Gaude, quod rediit tandem Concordia Cælo,
 Quodque fiet Maniæ libera Costa Malo.
 Non Acie Mentis possum penetrare sagaci,
 Quæ tanti fuerit Causa & Origo Mali?
 Hanc novit solus, qui novit cuncta Jehova
 Quemque proin solum Gloria Lausque manet.
 Quæ novisse cupis novisti *Gnate*, Noverca
 Convaluit Morbo Tristitiaque Pater.
 Quæ Facies hodie Rerum sit *Gnate* tuarum,
 Perspicue docuit Charta relecta Patrem.
 Esto Animo forti! permultum namque juvabit
 In Re nempe mala Mens, mihi crede, bona.
 Si tibi felices Annos promittis in Orbe,
 Erras, nam Locus est, nos ubi Fata gravant.
 Nunc pluit & claro nunc Jupiter Aethere fulget:
 Miscentur lætis tristitia, læta malis,
 Sed perfer, *Fili*, Dolor hic tibi proderit olim,
 Qui metuit Spinas, non feret ille Rosas.
 Perge piis Precibus Jovæ committere Sortes,
 Hic te fidentem deseruisse nequit.
 Est DEus omnipotens, DEus est & ubique Locorum
 Præsens & novit Teque Statumque tuum,

Cum-

Cumque DEO visum fuerit, te provehet ille
 In patriis Oris, aut ubicunque velir.
 Cur Animum, Fili, despondes? Vivir Jöva!
 Nec te Consilio deseret ille bono,
 Auxiliumque feret justo tibi Tempore: Magnus
 Consilio Jöva est, Auxilioque potens.
 Si negat in Patria tibi Spartam Jöva, quid inde?
 Forsan in ignotis Sors tua floret Agris.
 Fide DEO, non fide tibi, sibi fidere namque
 Perfidia, haut Fidei est: Fide proinde DEO!
 Tandem crede mihi, quæ non sperabitur Hora,
 Grata superveniet, Lætitiæque fremes.
 Sicur, *Gnate*, doles Obicium *Sablonis* * Amici,
 Sic doler ejusdem Fata suprema Pater.
 Candor in hoc Ævo perrarum Pignus: At illum
 Ornabat vere Candor & Integritas.
 Atque proin quoties memini *Sablonis* Amici,
 Næ toties Lacrymis Ora Genasque rigo.
 Quid tandem? Mortis Lex irrefragabilis: Ergo
 Præiit haut periit, quem sequar ipse brevi.
 Ut fiat tandem feliciter atque beate,
 Ipse Necis jubeat me meminisse DEus!
 Scire cupis, quid agant cognato Sanguine juncti?
 Vivunt, responder Crena, valentque bene!
 Quin & nonnunquam Convivia mutua curant
 Inter se læti: satque proinde valent.
 Ut vivas lætus Lugduni & Corpore firmo,
 Omnes, qui cupiunt Ti bene, *Gnate*, vovent.
 Fracta sed est *Avia*, est & tarda senilibus Annis,
 Ut fragiles Artus Stipite sustineat.
 Insuper illius caligant Lumina bina,
 Ut devolvatur vitrea ad Auxilia.
 Hanc quoties adeo, toties de Corpore Vitam
 Ut solvat miseram summus Jöva, rogat. Inte.

* Jacobus Sablon, Pastor, Ecclesiæ Gallicæ præfuit
 Annos 29. mortuus d. 16. Apr. 1727. ætatis Ao. 60.

Interea vivit, Vitamque per omnia ducit
 Extremam, donec Jova vocabit eam.
 Quod volui paucis (*Avia* quem Fata sciendi
 Sæpe Cupido trahit) notificare tibi.
 Quod superest, *Dominum de Mulseno* Rore Salutis
 Grato conspergas, hoc ræa Charta petit.
 Si pia Vota valent, florescat sospes in Orbe,
 Et vigeat, vireat, proficiatque bene!
 Impleat & vincat Generosi Vota Parentis,
 Sitque Ornamentum Stemmatibus ille sui!
 Dic ubi *Sack* degat, non ultimus inter Amicos,
 Quos tibi Sors unquam junxit in hisce Locis.
 Sæpe locuturum sese per Grammata mecum
 Dixit, sed Dictis non stetit ille suis.
 Credo, quod impediunt hoc Intervalsa Locorum,
 Quo minus ille queat scribere, quando velit.
 Inde nec infanti facile succenseo Sacko,
 Sed Juveni docto prospera quæque precor!
 Et precor, ut fiat, qualis mihi cognitus olim,
 Et pius, & doctus, Theiologusque bonus.
 Grammata cum facies ad *Sackum*, adscribe Salutem
 Gratam perchari Nomine, Gnate, Patris.
 Adde quod à nostris in Cæna Mentio sepe
 Ædibus in nostris fiat honesta sui.
 Febre *Veredorum Præfectus* edace laborat,
 Quæque solet quarto quoque redire Die
 Tanto Fervore, ut tabescat Lingua Palato, &
 Compresis taceant Faucibus Ora Viri.
 Afferat omnipotens misero Medicamen Jova!
 Sic valida Febri liber Amicus erit.
Rublenum exercet Furiarum quarta Podagra,
 Ut recubet misere sæpius inde Thoro.
 Et sane miser est, cui Pes, cui Dextra, Caputque
 Non parere volunt, Officiumque negant.
Niethe valet belle cum *Costa* cumque *Tenellis*,
 Sic *Wildschütz*, *Wagner*, *Besfelius*que valent.

In

In viduoque Statu *Con-Rector* tranſigit Ævum,
 Atque inſtar Peſtis Vota ſecunda fugit.
 Filius *Eusebius* non ſcribit Grammata Patri,
 Hinc quid agat Rerum, Charta referre nequit.
 Vivere *Chriſtophorum* cum chara Coniuge ſanum,
 Grammata, quæ miſit, me docuere Patrem.
 Ex Voto Patris ſub Jovæ Umbone quieſcat
 Felix ac ſoſpes Gnatus uterque diu!
 Filia coneeſſit nuper *Charlotta Zibingam*,
 Et curat Generi Sedulitate Domum.
 Uxor enim gravida eſt, pariendi Tempus & inſtat,
 Cui ferat in Partu Jovæ benignus Opem!
 Ut faciat pulchra *Röslerum* Prole Parentem
 Meque ſuum Patrem Filia reddat Avum!
 Appulit ad patrios *Berlino Gnata* Penates,
 Maxima quæ natu, quæ mihi chara Patri.
 Et feſtinanter pergit properatque Zibingam
 Grammaſin *Eusebia* ſollicitata diu.
 Quo tendit, veniat feliciter, *Eusebiaque*
 Adſit Conſilio, Supperiasque ferat!
 Oſculor abſentem re Gnarum, & Poplite floxo
 Commendo Domino. Vive, valeque diu!
 Vive, valeque diu! Præfixo attende Scopoque!
 Diſce Hominum Mores, Ingeniumque proba!
 Fide, ſed ante vide, cui tuto fidere poſſis!
 Hoc pia Vota volunt, hoc Gemitusque Patris
Colhardi.

P. S.

Advolat hoc ipſo Momento Charta *Zibinga*
 Auribus & noſtris hæc *ναδά ναυά* refert:
Eusebia Eusebium peperit, * fecitque Maritum
 Hac ratione Patrem, Te quoque fecit Avum.
 Induo mox lætos Vultus, Gratesque ſubinde,
 Ceu decet & fas eſt, Pectore ſolvo DEO,
Cujus

* D II. Aug. hora 5. pomeridiana.

Cujus Opem sensit Mater, sensitque Tenellus,
 Utpote qui toto Corpore Labe caret.
 Clementer clemens Matrem conservet Jöva,
 Sospitet & Sobolem pro Bonitate sua!
 Et tu solve DEO Grates, pie *Gnate*, Sorori
 Auxilio præsto quod fuit ille tuæ.
 Nunc Pater Infantis Convivia lustrica curat,
 Queis Avus intererit, dummodo sanus erit,
 Sentit is in Spinis Dorſi quandoque Dolores,
 Clamet ut elata Voce: Jehova juva!

CLX. *Adſcitus d. 18. Aug. 1727. à Genero
 ſuo Dn. Godofredo Köſlern / Paſtore Eccleſiæ
 Zibingenſis Filio ſuſceptor, Chartæ, cui involu-
 tum erat Mnemoſynon luſtricum, hos Elegos
 inſcripſerat Avus.*

CHare Nepos, in quo chari ſtat Cura Parentis,
 Natus es & ſacro-Fonte renatus Aquæ.
 Gaudet Avus, gaudet Genitor, gaudetque Genetrix
 Et Grades dicunt Corde calente DEO.
 Pro Bonitate ſua Matrem quod Juverit ille
 In Partu & præſens Auxilio fuerit,
 Fecerit ut Thalami Socium te Prole Parentem,
 Fecerit ut Patrem Filia dulcis Avum,
 Induit hinc vere gaudenti Pectore Vultus
 Sub calidique vovet Fornice Cordis Avus:
 Vive, valeque Nepos, floreſce, vigeſce, ſeneſce,
 Spes imple Matris, Votaque vince Patris!
 Jöva tibi Lux ſit, tibi Dux, tibi Lex, tibi Rex ſit,
 Sit Pater & foveat te Pietate ſua!
 Sic ſemper tutus ſub Jövæ Umbone quieſces
 Et placide tandem ſic moriere Nepos!
 Hæc, quæ fundit Avus devoto Pectore, Vota
 Audiât Omnipotens & ſinat eſſe rata!

CLXI.

† d. 18. Aug. inſtituenda.

CLXI. P. S. H. d. 4. Oct. 1727.

A Ut promittendum nihil est, aut Fœdera Lingvæ
 Sunt servanda bono, doctæ Patrone, Viro.
 Sub Prelo sudant Decades cupiuntque recudi,
 Quod fieri Nummo deficiente nequit.
 Ergo Pollicitis qui dives sponte fuisti,
 Pollicitis firmam jam superadde fidem,
 Adque recudendas Decades tua Symbola confer,
 Et sic serva Oris Fœdera sancta tui.
 Cantabit Grates pro Munere Musa Patrono,
 Servitioque Virum, Thure Precumque colet.

CLXII.

L itera, *chare Gener*, Sermonis fida Ministra,
 Dicit, quod valeas, quod valeantque Tui.
 In cuius Manibus posita est fors nostra, Jehova
 Ex Voto porro Vos valuisse sinat!
 Roboret inprimis *Te Patrem*, roboret ille
Eusebiam Matrem, roboret *Ascanium!*
 Gratarum semper quo de Bonitate Jehovæ
 Positis Vobis atque Quiete frui.
 Quem tua Charta petit *Sermonem*, mitto rogatus,
 Cui junxi, cecinit quæ mea Musa, Metra.
 Summa mei Voti est, illustri *Sermo* Patrono
 Ut placeat, placeant sic *Metra* lecta Viro,
 Quem Genus & Virtus & dudum Candor honestant,
 Commendantque Viro, qui Diadema gerit,
 Quem vidisse vetant longa Intervalsa Locorum,
 Sufficit affabilem quod tua Charta canat.
 Olim nosse datum Generosum nempe *Micrandrum*,
 Patroni Socerum, Pieridumque Decus,
 Sacra cui vivo præsens hæc Concio lectu
 Grata, Senique pio sæpe relecta fuit.
 Jova Tibi servet *Patronum*, servet Eidem
Penelopen castam, *Tulliolamque* diu!

Stürzenbecherum Compatrem Charta salutata,
 Sumque sua ut valeat Coniuge, Prole vover.
 Symbolon accepi recte, quod contulit ultro,
 Servavit Lingvæ Fœdera sicque suæ.
 Si *Typotheta* Fidem non frangit, Carmina nostra
 Vilia prodibunt forte recusa brevi.
 Vive, valeque *Gener* cum casta *Coniuge* sospes!
 Sosper & *Ascanius* vivat in Orbe tuus!

Münchb. d. 12. Oct. 1727.

P. S.

Canitie & Meritis, de *Strantz*, venerabilis Oris
 Fœdera servavit Pollicitisque stetit,
 Nuper & ad Decades cudendas sponte Ducatos
 Ille duos misit, quod reticere nefas.
 Quas non Dextra potest Usuras reddere, reddat
 Fœnore cum magno summus Iova Viro!

Inscriptio:

Röslero Genero Verbi fidoque Ministro,
 Qui tradit ~~in~~ *1725* Dogmata sancta Gregi,

Zibinga.

CLXIII. Dn. Frid. Wilh. Martini, SS. Tb.

Stud. Francofurtum. d. 11. Oct. 1727.

A Dme carminice scripsisti Grammatica, Fautor,
 Quæ lectu perquam grata fuere mihi.
 Laudo proboque Stylum, bis fallit Scansio: quid tum?
 Dormit & interdum Conditor Iliadum.
 Proderit, haut oberit, si pergis necere Carmen,
 Oria cum primis cum Tibi Jova facit.
 Ofiores dantur, queis sordet docta Poësis,
 Queisque Alga Carmen vilius esse solet;
 Sed Ratio in promptu est, quæ nescit fallere, nempe
 Ofor erit, quisquis nescius Artis erit.
 Sub Prelo sudant Decades, Colophone proinde
 Imposito Exemplar mox Tibi Dextra dabit.

Et

Et quod promitto, sancte servare studebo,
 Fœdera qui Lingvæ frangere duco nefas,
 Festinat, Tibi qui præsentem offeret, ergo
 Finio cum Voto: Vive valeque diu!

CLXIV. Dn. Samueli Benedicto Knospert,
 Pastori, Oberstorffium, d. 19. Oct. 1727.

*Vir reverende, Gregem qui pascis Dogmate verbi,
 In Christo Frater devenerande mihi.*

Cras comitante Deo *Berlinum* pergo citatus,
 Ignarus plane quando redibo Domum.
 Ut ramentum hic fiant, Ratio quæ Muneris urget,
Frater, in Auxilium Te mea Charta vocat:
 Te, qui audis nostros non ultimus inter Amicos,
 Quorum perspecta est intemerata Fides:
 Te, qui Inspectoris, sic Sorte ferente, rogatus
 Gesisti crebro, nec sine Laude, Vices.
 Sunt ferianda Dies post paucos Sabbata sancta,
 Queis facienda sacro sunt mihi Verba Loco.
 Ipse, licet vellem, non possum Munere fungi,
 Absens, non præsens, namque futurus ero.
 Ergo Loco nostri Sermonem Tempore dicto,
Frater, ut hic habeas, Litera nostra rogat,
 Quin rogat, ut Fidei tractando Symbolon *ὁρῶν*
 Tute Catecheta Munus obire velis.
 Idque Rei Caput est, quapropter Litera pulsac
 Nostra Fores vestras Auxiliumque rogat.
 Annue, si qua tenet nostri Te Cura, Perito
 Quæque mei Ratio Muneris urget, age.
 Sed *ταχέως* rescribe, stato quod Tempore possis
 Quodque velis nostras sustinuisse Vices.
 Quamprimum redeo felici Sidere in Urbem
 Devoto Grates Pectore Musa canet.
 Si *τὰ διότι* Tibi poterō præstare vicissim,
 Promptus ego ad Nutus atque paratus ero.

N:

Hisco

Hicce vale, *Frater*, cum casta Conjuge sospes,
Sospes & ut redeam fer pia Vota Deo !

CLXV. *Eidem d. 24. Oct. 1727.*

Qui comitante Deo *Berlinum* vasit Amicus
Salvus heri rediit conecomitante Deo.
Ipseque cum possit mandato Munere fungi,
Ipse proin faciet, quæ facienda sibi.
Musa Viri cantat tibi Grates Corde, rogatus
Quod voluisti ejus promptus obire Vices.
In Re si poterit Tibi gratificari er ulla,
Semper & ad Nurus ille paratus erit.
Interea valeas, valeat tua casta Marita,
Sospitet omnipotens quam Tibi Jova dicit !

CLXVI *Menalcas Melibæo d. 3. Nov. 1727.*

Obstupui, steteruntque Comæ, Vox Faucibus hæsit,
Grammasti perlectis, *O Melibæe*, tuis.
Postquam respiro, Lacrymarum diffluo Guttis,
Hæcque inter Gemitus illino Verba Schedæ:
Fortunæ Faber est, neglecta Conjuge quisquis
Alterius fuerit captus Amore vago.
Fama susurravit jam dudum publica *φούλας*,
Quæque susurravit, proh dolor! *Acta* probant,
Sæpe Sinistra Viri prædixit Fata *Menalcas*,
Ut saperet, crebris admonuitque Schedis;
Sed fuit à multis Annis Monitoribus asper
Et tribuit nimium Viribus ipse suis.
Inde metit Fructus, quos gignit cæca Libido
Et quos Ebrietas exitiosa parit.
Fugit! Sed quorsum? Sceleris Mens conscia clamat:
Quo te *Mære* Pedes? Pæna luenda tibi!
O *Corydon*, *Corydon*, quæ te Dementia cepit?
Turpe Senex Mœchus, turpe senilis Amor.
Quid faciet *Laicus*, patrat cum talia *Clerus*?
Quid *Juvenisque*, facit cum fugienda *Senex*?

O Deus omnipotens in quæ me Tempora fervas!
 Felices quorum Corpora Terra tegit!
 Da Deus, ut faciant aliena Pericula cautos!
 Ut, qui stat, videat, ne cadat Arce sua.
 Finio, namque meos Tremor ingens occupat Attus,
 Ut tremula haut valeat scribere plura Manus;
 Sed tamen, ut valeas, vigiles, curesque Salutem
 Cumque Timore tuam cumque Tremore, precor.

CLXVII. *Generoso Dn. Christophoro de
 Höslin, Patricio Augustano d. 22. Mart. 1728.
 Berolinum.*

MOs est multorum, Verbis promittere multa,
 Fœdera qui Lingvæ mox temerare solent.
 Hunc aspernatur Morem, quem Candor honestat,
 Et Di&is addit Pollicitisque Fidem.
 Vir Generose, decem promisit Lingua Thalers
 Chalcographo, misit quos tua Dextra Viro.
 Ergo tuæ fervas, ceu fas est, Fœdera Lingvæ,
 Nec tua Polliciti Pondere Verba carent.
 Gaudeo, laudo, probò, plaudo, Gratesque Datori
 Pro grato Dono Pectore solvo Tibi.
 Quin voveo, ut valeas, florescas atque senescas,
 Si jubet Omnipotens hæc rata Vora. Sat est.

CLXVIII. MANTISSA AD
Lectorem.

PRata bibere satis, jam Tempus claudere Rivos,
 Nec posthac Digitis tangere Fila Lyre.
 Inunc & Versus tecum medirare canoros,
 Deduxit Plectro quos mea Musa levi!
 Quæ mea Musa levi deduxit Carmina Plectro,
 Nec lauda nimium, nec tamen exhibila.
 Stultitiam prodis, si laudas omnia lector;
 Omnia si culpas, prodis & Invidiam.

INDEX.

- A. C. I. V. (Amico cuidam in Vicinia) 84. 106. 107. 136.
 A. M. P. D. (Amico meo plurimum dilecto) 123. 134.
 Ahnesorge (Christian) - - - 36. 103.
 Anni novi auspiciam - - - 33. 129. 130.
 Becmanno (D. J. Ch.) - 71
 Berger (M. Joh Ern) 152
 Beselio (Andr.) - 106.
 Boedikero (Carolo Ezard.) - 55.
 C. E. P. R. (Christiano Eustachio, Past. Reichenb.) 43.
 Colhardo (Christoph.) - 20. 21. 59. 61. 71. 89. 117. 120.
 (Ephraim Gottlieb) - 28. 34. 73.
 (Samueli) 130. 138. 146. 151. 163. 184. 187.
 Commendario Studiosi - 150.
 Cosmaro (M. Casp.) - 118.
 Cyllenii relatio ex Parnasfo - 172.
 C. U. D. M. F. (cuidam Verbi div. Ministro) 128.
 Dancselman (Eberhard de) 125.
 D. D. J. N. C. T. - 100.
 D. P. F. - 92.
 D. P. W. - - 85.
 E. P. P. B. (Eberhardo Panzerbytero, Past. Bazlov.) 43.
 Fabricio (Sam.) - - - 39. 48. 107. 120.
 F. M. S. F. (Filio meo Samueli Francofurtum) 151.
 Fritschio (Joh. Frid) - 9. 105. 111.
 F. R. - 140.
 G. A. U. - 86.
 G. C. B. G. - 90.
 G. C. T. C. C. - 117.
 G. H. G. - 138.
 Geislero (Joh.) - - 17.
 G. F. P. - 102.
 G. D. C. D. H. 197.
 Gericken (Christiano) - 105. 135.
 Grote (Fr. Wilh. de) - 81.
 Günthero (Johanni) 121. 137.

- Gutfnecht (Georg. Christian) 177.
 Hero (Gustavo Gvilielmo) - - - 47. 57.
 Höslin (Christoph. de) 52. 167.
 Hüffel (Samueli) - - 161.
 Jacobi (Andr. Diet.) - - 86. 100.
 Jäger (D. Joh. Frid.) - - 31. 165.
 I. B. P. R. - 140.
 Incendium Crofneufe - - 18.
 - - - Westhofen - 29
 Iosephi I. Rom. Imp. Obitus - 73.
 I. O. A. S. 147.
 Juterboccio (Ephr. Friedl.) - 101. 157.
 Keusch (Georg) - - 11.
 Kirchhoff (Joh. Sam.) - - 43.
 Kirchner (Mich.) - 92
 Knospe (Sam. Ben.) 164. 165.
 Krüger (Gotthard) 158. 163.
 Lehmanno - 148.
 M. C. S. M.
 M. M. M. M. - - - 131.
 Martini Frid. Willh. 163.
 Niethe (Joh. Philipp.) - - 164.
 Ohmio (M. Gottfried) - 68.
 P. C. I. V. (Pastori cuidam in vicina) 80.
 P. C. E. - - 83
 P. C. O. (Pastori cuidam oppidano) 112.
 Partus Regius - 135.
 Pestis grassans - 124.
 remittens - 74.
 P. G. M. - - 85.
 Petitoria pro Rectoratu - - 5.
 Pudori (Theodoro) - - 22. 23. 27. 72.
 P. S. P. U. - 159.
 Puschelio (Sam.) - - 12. 15.
 Ranfft (Elias) - - 46. 62.
 Regis Vora tertia - - 18.
 Stöslern (Godofredo) 183. 184. 102.

- Mühlen (Joh. Friedr.) - - 33.
 Ruhm (George) - - 37.
 S. A. G. W. - 99.
 S. A. M. E. 156.
 Sablon (Jacobo) - 162.
 S. G. I. V. - 119.
 Sanno (Sam.) - - 45.
 Schindlero (George Adam) 109. 131. 155.
 Schlottmanno (Joh) - - 56. 58.
 Schmidio (D. Christoph.) - 60.
 Schulzio (Christ) - - 1. 9. 15.
 (Gottfried) - - 91. 104.
 (Johann) - - - 17. 54.
 Schwarzen (M. Christoph.) 140.
 Straug (Lud. Ern. de) 125. 136. 143. 148. 153. 160. 180.
 St. C. I. V (Studiofo cuidam in Vicinia.) 147.
 Stubbe (Gotttilff) 150. 156.
 Sturmio (M. Leonh. Christ.) - - 41.
 Testimonium J. G. Schlüteri. - - 6
 Tettau (Joh. Wilh. de) - - 38. 67.
 Thiele (D. Joh. Petro) - - 30. 64.
 Thimen (Georgio) 178. 185.
 T T. P. P. - 88.
 V. S. - 137.
 V. C. F. C. P. - 151.
 Wegnero (M. Gottfried) - - 3.
 Wenero (Martino) - - 7.
 Æ. L. B. - - 164.
 Westhofen - - 28.
 Wulffen (Balth. Dierloff) - - 78. 113. 128.
 (Caspar Christoph) 89. 171.
 (Christ. Ludewich) 116.
 Zehlefeld (Joh. Christoph.) 35.
 Z. P. M. C. - - - 40.

Errata typographica extantiora.

Pagina 3 Linea 16 pro Theologúm lege
Theiologúm. pag. 4 lin. 15 profecit lege fecit.
Lin. 32 pro Anlmo lege Animo. pag. 8 lin. 22
Iættiaq; frequens lege lættiaq; fremes. pag. 10
lin. 10 pro Atque lege Aque. pag. 13 lin. 7 pro
Natuta lege Natura. pag. 14 lin. 17 pro accidit
lege accidit. pag. 15 lin. 22 pro petenri lege pe-
tenti. pag. 25 lin. 31 pro nosto lege nostro.
pag. 34 lin. 31 pro dicta lege dicto. pag. 35 lin.
19 pro quo lege quod. pag. 37 lin. 23 pro om-
nimodo lege omnimode. pag. 39 lin. 26 pro sicq;
lege fitque. pag. 40 lin. 28 pro pete lege peto.
pag. 43 lin. 24 pro Germanicis lege Gramma-
ticis. Lin. 35 pro laqueus lege lacteus. pag. 44
lin. 9 pro esse lege hocce. Lin. 18 pro Femina
lege Fœminæ. Lin. 20 pro Numini lege Num-
mi. pag. 55 lin. 28 pro ferre lege forre. pag. 74
lin. 31 pro hoc lege hæc. pag. 75 lin. 1 pro hac
lege hic. pag. 76 lin. 1 pro nec lege næ. Lin.
21 pro viventes lege virentes. pag. 84 lin. 33
pro carpent lege carpant. pag. 80 lin. 30 pro mu-
neri lege munere. pag. 92 lin. 26 pro effutis le-
ge effutit. pag. 100 lin. 8 pro egerit lege gerit.
pag. 108 lin. 8 pro tempora lege tempore. pag.
109 lin. 19 pro quamque lege quàmque. pag.
119 lin. 5 pro vicino lege vicini. pag. 129 lin. 4
pro cursus lege cursum. Lin. 6 pro inchoet le-
ge inchoat. Lin. 14 pro vigent lege vigente.
Lin. 26 pro præstat lege præsta. pag. 132 lin. 31

Q

pro

pro capit lege cædit. pag. 137 lin. 15 pro vivet
lege vivit. pag. 142. lin. 23 pro p. 95 lege 93.
pag. 164 lin. 32 pro vitali lege vitai. pag. 182
lin. 3 pro varo lege raro. pag. 183 lin. 14 pro
nomine lege nomina. pag. 185 lin. 12 pro vi-
culo lege vinculo. pag. 192 lin. 19 pro grades
lege grates.

Omissa, qua addenda.

Pag. 8 lin. 19 post confide adde atque. pag.
18 lin. 30 post sequens adde Elegia. pag. 21
lin. 31 post juvat adde Cüstrini. pag. 27 lin. 9
ita : Hoc πολυθρύλλητον liceat tamen addere
dictis pag. 54 lin. 24 adde Münchb. d. 28. Aug.
1727. pag. 55 lin. 16 post Est dotata satis, adde,
quæ pietatis amans :

Est dotata satis quæ prudens atque pudica :

Est dotata satis, cui Decus Ore nitet :

Judice me talis vere est Pandora Deorum

Quæ variis mentis dotibus aucta nitet :

Castum &c. &c.

pag. 125 lin. 21 post pulsasset adde nuper. pag.
142 lin. 20 post Quilitz Past. adde George
Kaatzke 1693. d. 27. Maj. (23.) Neo-Templ.
Pastor Matthias George Hermann,




41 $\frac{1}{4}$
414

ULB Halle
003 391 68X

3







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

EPISTOLO-
GRAPHIAE
METRICAE
exempla CLXVIII.

amicorum suasu
iunctim edita

^a
CHRISTIANO COLHARDO,
Pastore & Inspectore Münchbergenfi.

De
contemptu artis poëticae
commentatiunculam
praemisit
GEORGIUS GOTHOFREDVS
KVSTERVS.

Editio secunda auctior & correctior.

BEROLINI, typis Christiani Alberti Gæberdt,